R.XX. T 11.

PHRASES ORATORIÆ ELEGANTIORES.

EDITIO NONA emendatior.

Cui accesserunt Phrases aliquot *Poëticæ.*

Curâ & operâ THO. FARNABII.

LONDINI,
Typis *Andr. Kembe*, prostant venales per *Edvardum Thomas*, apud Signum *Adami & Evæ* in Platea vulgò vocata *Little-Britain*, 1661.


UNIV·DUNELM·
BIB·ROUTHIANA

Ad Lectorem,

De Libelli hujus usu.

POst tot Sylvas, Caligraphias, & quas ubivis metere est Phrascologiæ messes, sera jam atque supervacanea foret hæc racematio sive spicilegium: nisi aliam, quam vulgus solet, rationem ejus iniisset consilium, ut severo, sanius; alium percepisset fructum felicior, ni fallar, usus. Quem, quia ordinis mei viris aliquot olim desiderantibus approbavi, jam desiderium ejus vel non sentientibus, ne praxin invidere videar (nisi fortasse, quo sunt supercilio, contemnant potius) non pigebit septimæ huic Editioni præfigere. Planipedes Linguæ Lat. tyrones, quos jam certo, secundum sanæ structuræ canonas, pede terram figere & χρεὼ ἐυθύνων instituerit, quique ad exercitationis palum promovendi videntur, ut discant grande loqui nitique cothurno, omissis aliis, ad tempus, libris, fasciculum hunc in manus sumant, serioque hoc agant. Ubi titulum illis unum pluresve exposuerit præceptor; ubi phrasium, unde, & qua translatione, ritu, adagiove ducant originem, quasi digito commonstrarit; continuatum denique

sensum concipiat. Huic qua sponte, qua vi, prælectorum phrasium centonem inferciat, tanquam si placeat typus iste, ex titulo.

To take pains.

Art thou desirous of profit, praise, pleasure, or knowledge? take pains, watch, study, leave nothing un-attempted. Pains by day and by night is not onely to be devoured, but to be digested by thee. No garland is given to the sluggard. God selleth all things to man for labour. The Husbandman toyleth, and doth his earnest endeavour, hee works our huge (and almost Herculean) labours, that after many months hee may reap the fruits of his hard labour. The Sayler with Sails and Oares makes to the Haven through many dangers of the Sea. Artificers pass the nights without sleep, beat the Anvile day and night, bend all the sinews of their body, and forces of their wit, and move every stone, that they may know their Art perfectly. The Schollar, the continuall Souldier of wisedome, watches by *Cleanthes* Lampe, drinks in the smoke of candle-light studies, devotes his whole indeavour to studies, that at length he may furnish his mind with all kind of knowledge. Certainly God (as the Poet saith) hath set sweat before virtue; neither may any man enter into the inner Temple of Honour, but by the transitory Temple of Virtue.

Hujusmodi præparat illis, per omnes libelli istius paginas & partes, dictata Latine vertenda, singula eidem suo propriáque phrasi reddenda. Quibus confectis spatius, ad secundas curas se accinget, ad praxin

praxin ſecundam illos revocabit. uti ſuper themate dato Chreias conficiant nullo non commate phraſi ſuâ inſignito. Idque per titulos omnes capacis ſequaciſque argumenti fiat. Ab hoc uſu vel puer exercitatus probè, non pigmenta accerſiviſſe, non adſciviſſe plumas, non purpureum unum & alterum adſuiſſe pannum: verum ipſos, unde ſumptæ apparebunt phraſes iſtæ, autores penitùs decoxiſſe, & in ſanguinem ſuccumque ſuum vertiſſe videbitur. Hiſce, prout placuerit conſilium, utere, fruere & VALE.

PHRASES ELEGANTIORES EX Optimis Authoribus selectæ

A

to Abide.

NEc libidine dominante temperantiæ est locus. Nec in voluptatis regno potest virtus consistere.

Constantiùs sese res humanæ haberent. Da tantùm ubi pedem figam.

Ability, vide Power.

to Abound

Ita doloribus permissa sunt omnia. Scatent. Circumfluunt. Scaturiunt. Affluunt undique. Ita omnes dolores, nullâ voluptatis permistione redundant, ut quicquid videas, mortem videas.

Opimam oppidò mereres est messem.

Nam hæc illa Cornucopia est, ubi inest quicquid volo.

Cujusmodi hominum major est annona. Proventus uberrimus.

to Abstain.

Huic tanquam piaculo aut monstro alicui abstinendum.
A quâ, tanquam à publicâ sentinâ abhorrere poterat.
Animum à consuetâ libidine continuit. Cohibuit. Comprimam me.
Tanquam saxa & scopulos effugere. Declinare ea quæ, &c.
Magistratum non manus solùm, sed etiam oculos continentes habere decet.

Account, vide Reckoning.

of no Account.

Nullius precii, ſcti, numeri. Obſcuri loci. Vilescet & pro levi erit.
In nutricum cunas eliminandum. Sorderent, ne dicam puterent.
Non aliud quàm palearum cassa, aut minuti gurguliunculi.
Sunt crepundia; ſolia farfari. Mala merx est. Fex.
Nos numerus sumus. Mimi subsellii orator.
Non nominandus eodem die cum Cæsare. Triobularis, trissis.
Deliramenta, ineptiæ aniles, germanæ gerræ. Meræ nugæ.

of good Account.

Servum habes graphicum & quantivis pretii. Hunc ut penis habeat.
Et quod isti eruditi vellent omni doctrinâ imbere.

Primæ

Primecavæ Rhetores. Non postremæ, non infimæ notæ viri.

Non ita Pici aurum custodiunt, ut ego hunc thesaurum.

to Accuse, take Action, Sue.

Arcessere, postulare aliquem capitis. Sceleris arguere, insimulare.

In judicium, in discrimen capitis adducere, afferre, vocare.

In jus rapere, trahere, vocare. De parricidio deferre.

His diem dicam, rogabo mulctam. Dicam impingam tibi grandem.

Apud omnes magistratus faxo erit tuum nomen. Nomen deferre.

Age ergò, in jus ambula. Litem alicui intendere, inferre.

Reum referre aliquem, citare, peragere. In reos, referre.

Periculum capitis alicui creare, denunciare. Accersere læsæ majestatis.

Legibus ambitûs interrogati pœnas dederunt. Pro tribunali sistere.

Anserinum genus nemini coquo in jus vocare jus fuit.

Acquaintance, vide Friendship.

to be in Adversity.

Omnes adversæ fortunæ, inimicæ, infestæ, infensæ, sævæ & scevæ, impetus, calamitates, dimicationes, tempestates, experiri, subire.

Fortunâ gravi & infensâ utitur. Cui moveretur fortuna. Cui afflicta est fortuna. Omnibus iratæ fortunæ telis patêre, exponi, percelli.

Omnibus servientis fortunæ procellis vexari, objici, opprimi, obrui.

Infinitis incommodis & difficultatibus laborare. Omnibus vexatus infortuniis. Multis difficultatibus conflictatus & circumventus.

Advisedly, vide Consider.

Afraid, Affright, vide Fear.

of full age, vide Childhood.

Virilitâ jam ætate. In viros transcripti.

Ætate integrâ, flos ipse. Ex ephebis excessit, ex pueris.

Ad manu ætatem adolevit, virilem sumpsit togam.

Primas nunc adolescentiæ metas ingredientem, prima spatia.

Nuces reliqui. In lubrico virentis ætatulæ.

In illo adolescentiæ lubrico ut non cadant, titubant tamen.

Ut quasi ad juventæ florem pervenerit.

to Agree, or to Assent.

In ejus sententia acquiescam. Tuæ sententiæ suffragantur, subscribunt omnes. Non pedibus sed totis animis in hanc vadunt sententiam.

Ego inter illos sedeo, qui &c. Nos inter primos, qui impensè ejus lectione capiuntur, nomen profitemur nostrum.

In tuam sententiam, pedibus eo. In Catonis sententiam discessi.

Sperat sibi aurem posse aliquam afflari voluntatis assensionisque eorum, qui & hunc tanquam Coryphæum secuti sunt.

Senatus Philosophorum consentit.

Synodus

Synodus Patriarchum in Philosophiâ approbat.
A parte nostrâ est. Stat à sententiâ scriptoris. Juxta tecum sentio.
Ad corporis figuram animi mores aptissimè quadrant.
Quorum sententiæ accedo, calculum meum addo, faveo.
Neque fas absentiri summo illi humanæ sapientiæ promicondo.

to Allure.

Illecebris, lenociniis invitare. Solicitare, hortari, facem præferre ad, &c.

to be Ambitious, or seek after Honour.

Honores ambire, appetere, venari, aucupari, affectare, adhamare,
Gloriæ inhiare, vacare. Honoribus inservire, velificari.
Conflare populares honores. Sectari auras populares.
Ad dignitatem contendere. Ad imperia & honores niti. Ad gloriam virtutis viâ grassari

to Amend, vide Correct.

Redimere culpam præteritam. In melius cõmutare.
Resarci e diligentiâ. Ad virtutis tramitem educere.
Ab erroribus teterrimis revocare. Solidare.
In rationis gyrum & doctrinæ ducere, reducere.
Romam ad templum Bonæ mentis dimittam.
Ad bonam frugem se recipere. Referre pedem, receptui canere.
E vitiorum cœno, colluvione, gurgite emergere aliquando.
Tunc injuriæ meæ litatum credideris.

to Anger.

Exacerbare. Exulcerare alicujus animum. Ego te commotum reddam.

Alicui ſtomachum aut bilem commovere.

Irarum faces & fomenta admovere. Irritabo crabrones.

Iram diſtringere adverſus cives. Stimulus ego nunc ſum tibi.

to be Angry.

Mihi animus ardet, cor cumulatur irâ. Gemens ac fremens indignatione. Irarum ſtimulis exardeſcere. Plumbeas iras gerunt.

Ferveſcere irâ. Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi.

Spirat piperatis naribus. Totâ excandeſcit bile.

Contorquere nare, truci ſupercilio fremere, & frendere.

Nam res infra dignitatem iracundiæ videbatur.

to appeaſe Anger.

Iram ſedare, placere, lenire, compeſcere, comprimere.

Extemplò iras omnibus memoria patriæ permulſit.

Aut quibus miſericordiæ inſulis permulſeris.

Conſopire querelas, lites. Componere belloru undas.

Priuſquam iram decoxerit ſuam. Reprime iſtam tuam iracundiam.

Sed nos jactamur, nec Æolo etiam vos, ut video, iraſtis.

to Apply, vide Set his mind to.

to make Ashamed, shame-faced, vide Shameless.

Me in ruborem cogit. Erubescenda crimina.
Vereor certè ut violem illam tuam frontem testem honoris, sedem verecundiæ. Punicantem præ pudore. Verecundari.
Non sinit enim me verecundia tua dicere, nemo.
Vultum præ modestiâ & ingenuo pudore demitteres.

to Assail, or Assault, vide War.

Aperto Marte adoriri, lacessere. Jugulum petere.
Omni conatu, pugnis & calcibus invadere.
Impetu, turbâ, confertâ acie irruere. Eâdem viâ legatos aggressus.

to Allay, vide Taste,

to Attain.

Metam, scopum attingere. Voti compos fieri. Votis frui.
Qui eruditum hunc pulverem nunquam attigerunt.
Quod si horum vim & navitatem non assinxero.
Consequi. Adsequi.
Advenisse diem semper optabilem, qui me maximi voti compotiret.

to Avoid, vide Abstain.

to Banish.

EDicto à suis Diis, penatibus, aris, focis exterminare.
Ex urbe, patriâ, Rep. exigere, expellere, relegare, ejicere.
Aquâ & igni interdicere. Exilio mulctare. E sinu gremióque patriæ relegatus.

to go into Banishment.

Exilii causâ solum vertere. Æquo animo patriâ cedere.
Patriæ desiderium non iniquè ferre.

to Begin, vide Cause.

Disputationi felix principium dare. Auspicari. Initiari. Init ille.
Primas lineas ducere. Iter sternere. Velitari. Telam ordiri.
In hæc verba præfatur. Rem institutam habere. Aggredi.
Fu em ducit inter istos.
Operis fundamenta jacere. Et nos prima imperii spatia ingredimur.
Hæc illi incunabula erant, & veluti rudimenta rerum majorum.
In his familiam ducit.

to Besiege.

Urbem obsidione tenere. Vallo cingere. Vineas & turres mœnibus admovere.

Blameleſſe.

Non affinis culpæ. Extra culpam eſt. Expers criminis, purus, inſons.

Blinded, vide Darkned.

Mentis (ut ita dicam) præſtringit oculos.
Acies mentis corporis dolore retuſa vix ſe exerit.
Nihil vident, qui ſolem non vident. In ſole caligat.
Saturnias lippiunt lemas. Lolio victitat. h. e. luſcitioſus eſt.

to Boaſt, vide Proud.

Plenis buccis & buccinis crepant. Ἀνεμώλια βάζειν
Tripodas & Sibyllæ folia loqui. Ampullas & ſquipedalia verba.
Suarum laudum præco res ſuas geſtas narrat. Se inſolens venditat.
Pomparum fercula. Arcem ex cloacâ facere.

to be Brief.

Breviter perorare. Leviter tranſire, ſtrictim, curſim.
Præſtituere ſibi metam. Circumſcribere carcellis.
Minore finire pomœrio. Summatim exprimere, exponere.
Paucis abſolvere, perſtringere, comprehendere.
Uno faſce cõplecti. Tribus verbis. Incitatis paſſibus.
Ut multa in pauca conferam. Laconicâ uſus breviloquentiâ.
Verborum parſimoniâ, cætera quàm pauciſſimis abſolvam.
Criſpum ſanè agmen orationis, rotundumque. Aphoriſmos loqui.

In unum quasi manipulum congrahemus. Prolixitatem fugit,
Quare, his quasi corporis stamnis exectis. Moræ omnis impatiens.
Compendia longis anfractibus anteponenda ducens, non operior.
Dicta hæc pro affectatæ brevitatis necessitate sufficiant.
Breviter & cum Homero ἐν βραχέϊ λέγω.
Verbo expedire. Cum termino sermonis.
Ne in re tam tritâ & vulgatâ mulcus aut insolens sim.
Loquere, paucis, non longos logos. Compendi facere.
Rerum summas tantum persequi. Rerum summa sequi fastigia.
Morem secutus calculonum qui ingentes summas æris brevioribus exprimunt, res gestas signabo non loquar.

C

to Care, Cares.

HAbenda est ratio valetudinis. Inivit rationem commodissimam.
Emergunt novæ anxietates. Curæ habui hanc curam.
Ideò immensa præ cæteris subit mihi cura, ut Cautio est.
Explorata & provisa ratio.
Curarum mole, fluctibus æstus; involvi, gravari, obrui, confici.
Cura coquit sub pectore fixa.

to be Careless.

Securi otiosique in utramque dormiunt aurem. Dormitare. Oscitan-

Oscitantes ac supini cuticulam curant, genio indulgentes.

Susque deque ferre; habere. Perinde ac sub mandragorâ stertis.

In sinu manum habere; sub pallio. Sedere compressis manibus.

Quis tam dissoluto est animo? Nemo tam audacis negligentiæ.

Negligentiæ somnum cum Epimenide indormire.

Lethæo rore soporatus. Veterno.

Divina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere.

Quid? credebas dormienti tibi in sinum de cœlo devolaturam victoriam? Te quid supinat.

to Certifie.

Certiorem te faciam de adventu ipsius.

Faciam ut intelligas, ut scias, ut sis sciens.

to Challenge.

In certamen literarum, In arenam provocare.

Primas sibi meritò. Nihil sibi vendicantem, eóque assequentem omnia.

Childhood.

Teneri anni: unguiculi. Prima ætatis aurora: primum manè.

Ipsum vitæ limen: Exordium; Vestibulum. Ab incunte ætate.

Ipse primus vagitus. Incunabula. Crepundia. Ego à pueris.

Pueri ab ovo vix dum emersi. Caput vix exerentes.

Pannis

Panni & cunæ hujus tenellæ ætatis. Quiritatus. Primus actus vitæ.

Ut simul cũ lacte nutricis, miserias suxisse videamur. A primis suæ nutricis amplexibus. Nec pueri, nedum parectati.

to Commit or Commend a Charge.

Demandavit, Delegavit mihi hanc provinciam; hanc Spartam.

Me huic negotio delegavit, præfecit. Legavit mihi hoc negotium.

Destinavit, Detulit mihi hujus rei conficiendæ curam. Concredidit.

to Commend.

Album calculum addere. Cretâ notare. Bona dicere omnia.

Admirabilia de eo prædicant. Suffragium meum demerebere.

Omnium sententiis, studiis, calculis approbatur; applauditur.

Risu & osculo excipere. Uno, pleno ore laudare. Ore consono nuncuparent. Adoreâ aliquem afficere. Parit laudem & lauream

Tibi lauream insignem defert. Suas lauros hederásque habent.

Omne tulit punctum. Nunquam satis Ludata. Non pœnitenda.

Nullæ literæ satis dignis laudibus prosequuntur. Lausonantior.

Hoc illi habent ut cerebrum Jovis. Huic concilio palmam do.

Cincti undique omnium laudum convasatis acclamationibus ad astra portant. Uberiore laude mactare aliquem.

Cu-

Cujus, præter formã, nihil unquam bonus laudavit.
Cicero, cujus laudes ad explicandas Ciceronę opus est.
Vir in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus potest.
Quicquid dixero, minus erit; infra meritum, intrà laudem.

to Condemn.

Nigro lapillo, ungue, carbone notare. Calculo mordere.
Transverso calamo signum apponere. Sententiis opprimere.
Præsentia omnibus diris devovent. Negligentiæ nomine condemno.
Tristem apponere literam. Nigrum prefigere Theta.
Reum sontem pronunciare.

to Confesse.

Vel invitissimi cogemur agnoscere. Ingenuè fateor: Verecundè.
Inscitiam suam liberè & ingenuè recognoscit. Ingenuè agam.

to Conquer, vide Overcome.

to Consider or think with himself.

Ad consilii calculos res suas revocare. Omnia accuratè perpendere.
Omnes actiones ad perfectam prudentiæ normam exigere.
Averterent ab irâ animos ad veri cognitionem cogitationémque.
Intentis oculis intueri. Excutite intelligentias vestras.
Si omnem ætatem ab orbe condito animis recolamus. Animis obite.

Subductis diligenter rationibus omnibus, summam feci cogitationum mearum. Cogitationibus pressioribus instructi.

Si considerare animo cum tuo adhibitâ in consilium ratione, volueris.

In animi penetralibus vos interim vobiscum perpendite.

Jam senatum convocabo in corde consiliarium.

Multa cum animo suo volvebat, reputabat. Animo agitabat.

Exigebat ipse ab animo meo. Nec levi curâ solicitus; sed oppidò suspensus animi mecum ipse exercitiùs cogitabam.

Monetem circumferres oculos ac diù pensitares quam potissimum eligeres. Ratione animóque lustrare.

Hæc apud me postquam ultrò citróque egissem.

Altiùs commentari; ruminare. Diù multúmque animo evolvere.

Huc animum adverte, in eóque cogitationes omnes altiùs defige.

Intrà se tantum est, quantum alii extra se. Id rectâ reputavit aiâ.

Quin igitur tandem expergiscimini, ac vos cogitatis apud Cl. Max. dicere? In ocio facinus suum secum reputans.

Illuc sis vide, quemadmodum astitit severâ fronte curas cogitans, pectus digitis pulsat, cor credo evocaturus est foras.

to Consume, vide Waste.

to Continue.

Nulla ævi diuturnitas obliterabit. Durissimo marmori inscripta.

Non ulla, sicut trophæis & monumentis tuis, finem allatura est ætas.

Quod

Quod tribus apicibus describi poterat.
Par erit amoris ac vitæ modus. Nulla vetustas obruet.
Ità amor hic inter nos perennet.

Contrary.

E diametro pugnant. Ex lineâ anticâ.

to Correct, vide Amend.

Ad limam revocare. Fœtum lambere. Ruminare. Recoquere.
Incudi reddere. Calculum reducere. Vitia diligentiâ compensare.
Si curâ temperasset & limâ.
Emaculata. Ut probi scriptoris manes Februum à me sentiant.
Cui scriò castigandæ manus medicas admovit.

to Corrupt, vide Pollute.

Muneribus explevit, corrupítque. Viros spe prædæ transversos agit.
Bos in linguâ.

Covetous.

Ad rem nimis attentus, aliquantò avidior. Sui nimium tenax.
Pecuniis deo Lucrio inhiare; vacare. Animus avaritiâ æger.
Insatiatâ, inexplebili divitiarum siti, desiderio ingrato, ardere.
Pumex non æquè aridus est atque hic est senex.
Defraudat animum genióque suum.
Usque eò fervet fertúrque avaritiâ.

Counsel.

D

Counsel.

Amicos in consilium adhibeo. Cum iis consilium inibo.
Centuriata habui capitis mei comitia.
Senatum consilii in cor convoco. Capita, consilia conferre, commiscere.
Ne quod callidius ineant consilium. Consilium coquere.
Non me autore, monitore, suasore, hortatore, impulsore fecit
Idne estis autores mihi, ut faciam?

Custome.

Est hoc in more positum institutúque majorum. Moris est. Mos est.
Solens more meo fecere. Antiquum hoc obtines tuum, tardus ut sis.
Consuetudo diuturna obduxit callum stomacho.
More comparatum est. Moribus receptum est.
Ut fieri solet. In veteri curriculo versari.
Increbuit consuetudo.

D

Darkned, vide Blinded.

Piceâ obductus caligine. Velo coopertus. In tenebris latet.
Crassis obscuratus nebulis. Cecis occultatis tenebris.
In summis inscitiæ umbraculis versatus. Tenebris offusus.
Qui tanquam si offusa Reip. sempiterna nox esset, ita tuebant

ruebant in tenebris. Aciem fugit.
Verborum & argutiarum fuliginem ob oculos audientium jacere.

Danger.

In dubio. Summo est in timore: Extremo in discrimine.
Admodum tenui filo suspensa Reip. salus ex sociorum fide pendebat.
Ancipitis machinæ subit aleam. *Periculosæ plenum opus aleæ.*
Periculum non mediocre erit. Periculum alicui creare; facessere.
In brevia & scopulos offendit. In scopuloso loco versatur.
In arctâ velut in extremâ tegulâ stabat. Hæret in in salebrâ.
In quam arcto salutis exitiique fuerimus consilio!
Perniciosissima flamma & commune incendium.
Incedere per ignes suppositos cineri doloso. Abydum navigare.
Sub omne lapide latet scorpius. A fronte præcipitium, à tergo lupi.
Tanti fuit propè in discrimen venisse vitæ. Res ad triarios rediit.
Periculum, discrimen subire. Nostiâ causâ in nervum potiùs ibit.
Non herclè ex istâ nassâ escam petam.
Hæc res apud summum puteum geritur. In eodem luto hæsitas.
Telis hostium, dimicationi capitis, & morti se subjecit, obtulit.
Ut apertè jugula sua pro meo capite Clodio ostentarint.
Omnes suas fortunas in extremo sitas. Extrema omnia experiri.

Anceps

Anceps hic & lubricus locus est, etiam quum illi necessitas lenocinatur.

Vidésne quantum tibi periculum Fortuna velitetur eminùs?

Dies ultimus, & casus extremus; & sexus infestus, & sanguis inimicus jam sumpsit arma, & castra commovit, & aciem direxit, & classicum personavit. Jam mucrone districto jugulum tuum petunt.

In Debt.

In ære alieno esse. Æs alienum sibi conflare, contrahere.

Debitorum mole prægravari, obstringi; obrui; opprimi.

Si beneficiorum momenta perpendamus; quibus tibi sumus obligati, obstricti, mancipati.

Æ e alieno laborare, premi; demersus. Illi obnoxius.

Ego in ære vestro ipse ero, si imago erit, i. statua ærea,

Innumerabili quippe beneficio pignoratus.

Deceive.

Ni spe fallor. A scopo aberrare. Neque ea res me fallum habuit.

Dolo malo fallere. Verba dare alicui. Circumvenire. Si benè novi.

Impostúram, fucum facere alicui. Caniculis oppugnare. Inescare.

In fraudem allicere. Quæ hæc tam crassa hallucinatio?

Sæpè me hæc spes frustrata est. Præstringit oculos. Incerta pro certis habere. Falsæ pro veris. Sic me auro esse emunctum?

Esse, haud, facilè mihi imponat Lyceum.

Per disputationis tendiculas & aucupia verborum.
Quemadmodum sepiæ emisso atramento legentes eludunt.
Quære alium quem tu habeas frustratui. Hunc si dolum dolamus.
Et longè hujus animi frustrà es, si eum ex fortunæ indulgentiâ non ex Philosophiæ censurâ metiris.
Fallaciam in aliquem intendere.
Literis illis pellicibus & pellacibus mandaverunt.
Ut omnes aculei judicii mei aurium delinimentis refragantur.
Tragulam in te injicere adornat, nescio quam fabricam facit.
Fallere præstigiis, sutelis, consutis, consarcinatis, dolis, technis.
Ei nos facetis fabricis & doctis dolis glaucomam ob oculos objiciemus, eumque ita faciemus ut quod viderit, non viderit.
Sublevit illi os. Si tibi illic non os oblitum est fuligine.
Tace, dum in regionem astutiarum mearum te induco, ut scias juxtâ mecum mea consilia. Me larvâ ludificatus est veterator.
Omissis tectæ machinæ latibulis, districtis fraudum gladiis.

to Deck or Trim, vide Set forth.

Linguarum cognitione limare. Politiùs, uberiúsque dotare.
Ornare. Concinnare. Lustrare. Illustrare. Illustriorem reddere. Levi dolabrâ expolire. Perpolire. Venustare.
Ingenii luce illustrare. Ad unguem elimare.
Accuratiore limâ. Politum, tersum, limatulum. Mangonizare.
Ad limam & lineam tam ducta affabrè, ut si quid desideres, acigmum desideres.

Defence, vide Safe.

Vulcanium scutum. Sub Æacide scuto. Aurea arma.
Agger. Murus aheneus. Insularum loco erant bonæ literæ.
Alius injuriâ affecisse pro munimento habent.
Contra quos efficaci amuleto fuimus semper instructi.
Patrocinium suscipere. Partes tueri. Ab aliquo stare. Antistari.
Crimen à rei capite propulsare, avertere.

Defiled, vide Polluted.

to Delay.

Dies protelando, prolatando, moras nectere, agitare. Trahendo tempus. Diem de die ducere. Morari, tardare. Procrastinare.
Rem protelare, protendere. Suspendere. Suspenso gradu.
Omnia conferre in Martium mensem.
Acessæi lunam expectare; lunas Laconicas.

to Delight, vide Please & Glad.

to Desire earnestly.

Instare acriùs: vehementer. Contentius urgere. Contendere ab aliquo. Maximâ ope niti, ambire, satagere vos singulos.
Hunc libido maxima invaserat invadendæ Reip.
Excusationem non accipere, non audire. Seriò precari.
Efflagitare. Hoc illi intimè in votis est. Quis voveat?
Votis in commune deposcens. Iterum atque iterum instare.
Precibus infimis petere, obnixè, efflictim. Nihil mihi optatius est.
In summâ votorum erat. Cupido gloriæ incessit.
Quo melior ne voto quidem fingi poterat. Gliscens tusciendo ardore.

Immortalitatis amore flagrauit. Animus fœtus amore odoli.

Et tamen avidè anhelo ad fontes. Nihil antiquius habuerunt.

Quotque exoretur exorabulis. Ipsum jam mihi dare gestio.

Reividebatur effigitare necessitas. Non ambio amicitias.

Deum (ut Comici verbis utar) animitùs rogo.

Nimiùm vellem. Cœlitùs votis expetere.

Impensè precatus sim. Quæso, venerórque, uti, &c.

Ardentibus votis exposcere. Desiderio libertatis exarsit.

Aures alicujus precibus obtundere; fatigare.

In exitium reliqui filii plenis operabatur affectibus.

Igniculus desiderii. Inflam mato studio. Ardenti cupiditate.

Despair, vide past Hope.

to despise, vide of no Account,

Aspernari, pro nihilo putare, habere. Respuere, longe retróque pono.

Qui nos sibi despicatui habent. Fortunas atque pericula vilia habere.

Tu me haud respicias, natus quasi nunquam fiem.

to Determine, vide Purpose.

Difference, vide Fellowship.

Divortunt mores virgini longè ac lupæ.

Homo homini quid interest? Tantum abest, ut.

In infinitum interest, distat. Aliarres est.

to Dissemble.

Fronte occultare sententiam. Frontis, dissimulationis integumenta.

Nunquid simulatio sit alienus? Simulata mente loqui.

Involucris simulationum regi. Fronte pellitus. Versipellis.

NOTE

This volume
tight binding ar
effort has been
duce the centre
result in

acad
microform

ne has a very

and while every

en made to repro-

res, force would

in damage

demic

orms

Defence, vide Safe.

Vulcanium scutum. Sub Æacide scuto. Aurea arma. Agger. Murus aheneus. Insularum loco erant bonæ literæ.

Alius injuriâ afficisse pro munimento habent.

Contra quos efficaci auxilio fuimus semper instructi.

Patrocinium suscipere. Partes tueri. Ab aliquo stare. Antistari.

Crimen à rei capite propulsare, avertere.

Defiled, vide Polluted.

to Delay.

Dies protelando, prolatando, moras nectere, agitare. Trahendo tempus. Diem de die ducere. Morari, tardare. Procrastinare.

Rem protelare, protendere. Suspendere. Suspenso gradu.

Omnia conferre in Martium mensem.

Accessæ lunam expectare; lunas laconicas.

to Delight, vide Please & Glad, to Desire earnestly.

Instare acriùs: vehementer. Contentius urgere. Contendere ab aliquo. Maximè cupere, ambire, satagere vos singulos.

Hunc libido maxima invaserat invadendæ Reip.

Excusationem non accipere, non audire. Seriò precari.

Effagitare. Hoc illi intimè in votis est. Quis vovet? Votis in commune deposcens. Iterum atque iterum instare.

Precibus instans petere, obnixè, efflictim. Nihil mihi optatius est.

Ipsum votorum erat. Cupido gloriæ incessit.

Quo melior nec votis quidem fingi poterat. Discendi ardore.

Immortalitatis amore flagrauit. Animus foetus amore coeli.
Et tamen avidè anhelo ad fontes. Nihil antiquius habuerunt.
Quotque exoretur exorabulis. Ipsum jam mihi dare gestio.
Rei videbatur effigitare necessitas. Non ambio amicitias.
Deum (ut Comici verbis utar) animitùs rogo.
Nimiùm vellem. Coelitùs votis expetere.
Impentè precatus sim. Quaeso, venerórque, uti, &c.
Ardentibus votis exposcere. Desiderio libertatis exarsit.
Aures alicujus precibus obtundere; fatigare.
In exitium reliqui filii plenis operabatur affectibus.
Igniculus desiderii. Inflam mato studio. Ardenti cupiditate.

Despair, vide past Hope.

to despise, vide of no Account,

Aspernari, pro nihilo putare, habere. Respuere, longe retróque pono.
Qui nos sibi despicatui habent. Fortunas atque pericula vilia habere.
Tu me haud respicias, natus quasi nunquam fiem.

to Determine, vide Purpose.

Difference, vide Fellowship.

Divortunt mores virgini longè ac lupae.
Homo homini quid interest? Tantum abest, ut.
In infinitum interest, distat. Alia res est.

to Dissemble.

Fronte occultare sententiam. Frontis, dissimulationis integumenta.
Nunquid simulatio fuit aut minus? Simulata mente loqui.
Involucris simulationum regi. Fronte politus. Versipellis.

Non expressa signa, sed adumbrata virtutum.

Cùm in animis hominum tantæ sint latebræ, & tanti recessus.

Aliud linguâ promptum, aliud clausum in pectore gerébat.

In melle sunt linguæ vestræ sitæ atque lacte: corda felle sunt lita atque aceto. Inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimus.

Prætendere auribus, *to make as if he heard not.*

Cum prosequentium lacrymis, ad fidem doloris.

Vultu tamen gaudium tegit, & frontem asseverat dolorem simulans.

Lacrymæ illis in oculis supernatant: in imo verò cordis penetrali gaudium gaudent genuinum atque intimum.

to Doubt, vide Manifest, & danger.

Miro mentis salo & cogitationis dissensione, miser vs in diversas sententias carpebatur ac distrahebatur.

Cùm in isto cogitationis salo fluctuarem.

Hærere in vado. Auribus lupum tenere. Vacillari, Labare.

Dum in dubio est animus. Anxius agebat. Titubantur.

Suspensus alioquin & voto simul & studio.

Eam rem in medio relinquam.

Res impedita multæ disquisitionis, nec quæ faciles habet explicatus.

In ancipitem cogitandi curam incidi. Victoria nutat.

Qui in lubrico pedem figit. Fluctuat. Animi pendet.

Admodum in crepero est. Injecit scrupulum homini.

Fama adolescentis pabulum hæsit ad metas. Hæret aqua.

Exitium

Exitum invenire; expedire, explicare consilium non possum.

Ferro an flammâ acriùs urgeat, incertus.

His difficultatibus circumventus.

Meræ mihi ambages: Hortensius non sum, neo Sphingem accepi.

Quis marrucinus ille qui ignoret? Quis Pythomus qui dubitet?

Scrupi & Mæandri. Anfractibus ita sinuosum.

Dull, vide Unwise.

Nemo, ut opinor, tam infeliciter stupidus est.

Plumbeus, stupidus. Corio circumtectus elephantino. Crassiò beotum natus aëre. Democriti populares & Arcades βαλανοφάγοι. Abderitæ.

to owe much Duty, vide Honour.

Multis me nominibus illi haud vulgariter devinctum agnosco.

Omne officii munus illi debeo. In ære tuo sum. Obnoxius sum.

Tantum debeo quantum hominem homini fas est tribuere.

Ejus voluntati universam industriam omnémque spiritus devovit.

Cui omni officio venerabiliter assurgo: Quem suspicio, admiror, adoro.

Obsequio & observantiâ in regem cum omnibus certavit.

Me vadarum amore vinctúmque tenes. Tuúmque mancipium irremunerabili beneficio sic tibi perpetuò pignora & perfice, &c.

Officii duxit. Quod officii ratio postulat.

to Die.

Paro fungi. E vivis, è medio excedere. E vita cedere; evolare.

Supremum efflare spiritum: Exhalare. Vitam fato reddere.

Vitam cum morte commutare. Mortem oppetere. Diem obire.

Animam effundere, efflare, expirare, agere, edere.

In sui resolutus initia animam cœlestem cœlo reddidit.

Vitæ cursum confecit. Ætatis fabulam peregit. Corporis compedibus solutus.

Nisi immatura morte præreptus fuisset. Uti necesse erat, naturæ concessit.

Albo mortalium expunctus. Divorum turmalibus adscriptus.

Honor principi non antè habetur quàm agere inter homines desierit.

Ne mors hujus compagis & fabricæ amicitiam dissuat, dissolvat.

Et quasi non pars mundi placidè exit.

Regiones colere mavellem Acheronticas. Inter Orci cancros hærent.

Qui abierunt hinc in communem locum. Ad plures commigrare, se penetrare.

Quare sarcinulas collige, brevi aderit qui te ducet ad plures.

Licet ad rubicines mittas. In ultimis esse, & in mortis articulo.

Ante ipsum limen, & atra atria Proserpinæ.

to make Easie.

UT nostris expeditior via sterneretur. Aperire fores; Fenestram,

Aperire viam. Scindere glaciem. Repagula amovere.

Date facultatem pariundi.

Easily.

Nullo negotio: Citra pulverem & sudorem.

Ἀναντα γώνιστος καὶ ἀκονιτὶ κρατεῖν. Molli quodam, Levi brachio.

Minori mihi molestiæ esset. In promptu, proclivi, facili.

Nulla intersepta difficultate, facilis atque explicata est responsio.

Hanc sententiam facilè primo obteret pedatu.

Tam hoc tibi in proclivi est, quàm imber, quando pluit.

Eloquent.

Ex cujus ore melle dulcior fluebat oratio. Nestoria facundia.

Romanæ pariter atque Atticæ linguæ succo & sanguine referta.

Rhetorum flosculis exornata. Tam mella, tam vinea.

Attica musa. Hymettica mella. Scriptum bellius non vidi.

Lepôre & linguæ volubilitate politissimus, vir fandi dulcissimus.

Suspensâ aure bibit audientes. Mercurii, vel Herculis Ogmii catena.

Suadæ medulla. Pitho flexanima & quasi verti cordia.

Retexere tenui filo. Stylo subtilliori. Non magis Musæum.

Cum quadam Venere dictum. Omnes charites, Musæ, Veneres.

Exhausta eloquentiæ fontis vena facillimè inarescit, nisi quotidiana legendi dicendíque exercitatione refercias.

Linguæ orationísque comendæ gratia. Decima illa musa, Plautus.

Affectatus ille verborum apparatus, circumspectáque mangonizatio.

Accurata verborum lautities & plerumque repetita speculi castigatio.

Facundissimo sermone qui ore ejus quasi è beato quodam eloquentiæ fonte manabat. γλυκεία σείρην τῶν λόγων. Gratiarum & Camœnarum pullus.

Mirare in re tantula acumen divum. Dædalæos flexus.

Florens ex eloquentiæ myrotheciis. Demosthenis requirit cothurnos.

Eloquentiæ musculos exprimere ad motum. Demosthenis quatit arma.

Oratio stellulis artis illuminata. Melliti verborum globuli.

Exquisitissimus quibúsque artis ingeniíque per lita luminibus.

Qui quodam styli fulmine intonant grandius.

Qui solus divina & assequi animo & eloqui posset ingenio.

Quis fons, quis torrens, quod mare tot structibns, quot hic verbis abundat? Quis tantus ingenii, quis facundiæ qui singulus multi jugi apparatus species verbis idoneis possit explicare?

to come towards an End.

Cùm sol vitæ nostræ versus occasum volvere cœperit.

Quibus extrema vel suprema artificis manus accessit.

to End, vide Cut off.

Colophonem addere. Ad umbilicum ducere. Lineam adhibere.

Donec ista tam grata oratio expectatum finem pertigerit.

Supremam manum adjungere. Extremum actum addere. Absolvere.

Coronidem operi, summum fastigium imponere. Opus coronare.

Orationi finem incidere. Orationi cursum intercidere.

Ad exitum destinatum perducere. Orationis vela contrahere.

Ab ovo ad mala. A capite ad calcem. Ad calcem pervenire.

Ut incipiendi ratio, ita sit definendi modus. Sed manum de tabula.

Nunc quò tandem ad exordium hoc caput ducam.

Ut theatrum simul aperiam & claudam. Modum constituere. Conficere.

Uno die inter duos maximos reges cœptum atque patratum foret bellum.

to end or decide a controversie.

Litem ancipitem difficilémque dirimere, æstimare, decernere.

Rem quæ in controversiam cadit aut vocatur, dijudicare, disceptare.

to Endeavour, vide take pains.

Enmitie, vide Hate.

Inimicitias agere. Simultates suscipere cum aliquo, conflare.

Animo gladiatorio ad me affectat viam. Infeste mihi adversatur.

Ex professo hostes.

to Enrich himself, vide Rich and Covetous.

Fortunas suas amplificare studuit. Opes, copias, facultates, rem familiarem augere, multis accessionibus ornare.

Suæ utilitati & emolumento studere, inservire, consulere.

Prole multâ fundabunt domos, augebúntque familias.

to Err.

Totâ errare vitâ: Cœlo. A januâ. Angiporto toto deerravit.

Unde hæc tam crassa hallucinatio? A veritate præceps.

Ab omni virtutis tramite exorbitans. A recto rationis tramite.

Si quis tantulum de rectâ regione deflexerit. Extra callem esse.

Extra oleas (quod aiunt) vagandi licentiam præsidentius sumere.

In errorum varios anfractus abduci.

Non transversum unguem, vel digitum, discessit à recto.

Decidere archetypo.

to Escape, vide Avoid.

Ex scrupulosis quibusdam cotibus enavigavit.

Omnes laqueos effugere.

Si ex his laqueis te exueris & explicâris, in illas majores plagas incidendum est. Triumpho, si liceat mihi latere tecto abscedere.

Quoniam emersisse jam è vadis; & scopulos pretervecta videtur oratio mea.

to Excell, and Excellent, vide Famous.

Qui oratores homines deos huc abjecerunt, propè deos.

Dignum quod in arce collocaretur tanquam illa Minerva Phidiæ.

Philosophus non ultimi commatis. Non infimi subsellii.

Flos principum ἰσόθεος & φῶς. Albis equis præcedere, præcurrere.

Lauris & lemniscis dignus. Ad summum dignitatis fastigium evectus.

Eminere inter alios. Primas ferre, obtinere. Palmam aliis præripere.

Longo intervallo, multis gradibus, plurimis parasangis præire, præcurrere, superare. Aliæ aliis antestant.

Qui simul ac pedem limine extulisset, facilè omnes virtute provocavit, superavit. Omni exceptione major. Sermo.

Tam præcipua, tam præclara nec eximi ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat.

Et jam Cæsar tantus erat, ut posset triumphos contemnere.

Omnibus belli ac togæ doctoribus, ingeniique ac studiorum eminentissimus seculi sui, qui nihil in vitâ nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit.

Omnibus omnium gentium viris magnitudine suâ inducturus caliginem.

Suóque & civium voto major, & per omnia fortunam hominis egressus.

Æ- ni-

Æternitatis precariæ beneficio non indiget, nec emendicatâ Musarum stipe: quippè qui virtute propria alieno prevenit officio.
Nec invenerunt æmulos, nec habuerunt exempla.

---

to make Famous.

Nominis sui gloriosam memoriam & celebritatem propagare.
Memoriam sui immortalem efficere, ad pristinum splendorem reducere. Omni virtutis prædicatione & celebritate decorare.
Amplificare gloriam studiis. Suos reponet in cælitum album.
Crebris alicujus virtutes usu pare sermonibus.
Illustrare aggressus sum isto novo sole. Ingenii luce illustrare.
Decus alicujus largiùs ac latiùs diffundere per orbem terrarum.
In omnem æternitatem propagare. Prædicare.
Ejus celebritatem ab invidia oblivionis vindicare.
Ab injuria mortalitatis & oblivionis situ asserere.
Ut laudem jam senescentem ab oblivione hominum & silentio vindicem.
Ubi per omnes provincias eat, totoque ab hinc orbe, totóque ab hinc tempore laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum repræsentet.
Illa actio aures hominum, famæ januas patefecit.

to be Famous, vide Excellent.

Efflorescere, Nitorem assequi, Famæ celebritate claréscere.

Quan-

Quanta vix cælo capi possit. Extra aleam invidiæ positus.

Quarum gradibus cælum ipsum gloria Romani nominis ascendit.

Eò magnitudinis precedebant, uti pro mortalibus æterni gloriâ fierent.

Totius orbis consono ore celebrantur. Nec parietibus sed orbe claudantur.

Qui hunc Romani fastigii apicem fortitudine & sapientiâ æquare potuit.

Tanquam sidus quoddam inter hos eluxit, emicuit. Enitescere.

De quo magna statim fama perorebuit. Nomen augustum.

Quo sol nihil unquam clarius aut excellentius vidit.

Quo nullum theatrum augustius. Neutiquam non vulgatæ laudis.

Laudis & gloriæ titulum hæreditarium posteris reliquit.

Quo omnis laus est inferior. Omni laude major, & præconio.

Magna Isæum fama præcesserat: major sequuta est.

In ore atque oculis omnium tanquam lumen aliquod inter cives elucet. Conclamatissimus.

In hunc omnium oculi sunt conversi. Gloriâ invidiam vincere.

Quæ res cum in magnâ gloriâ simulac invidiâ esset.

Quod nisi ita fuisset, alterum illi exstitisset lumen civitatis.

Sic etiam Thrasileon nobis periit tu, sed à gloria non petivit.

Neque ulla unquam ætas de tuis laudibus conticescet.

Tuas laudes nulla unquam obscuratura est oblivio.

Nam posteræ non infamæ notæ viri. Imperii nostri lumina.

Petri

Per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.
Vivit vivétque per omnium seculorum memoriam.
Ibit in secula fuisse Principem cui &c.
Omnium gentium linguis & literis prædicabitur.
Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes.
Viros ad invidiam præclaros. Canescet seclis innumerabilibus.
Eorum nomina tenaciùs posteritatis memoria apprehendit.
Tam diu hæc illi laurea nunquam exarescet. Omnes anni deinceps apprehendent.
Ut virtutem tuam non comitetur immortalitatis gloria, sed præcurrat.
Cujus memoriam posteritas alet, æternitas intuebitur.
Vestigia non pressa leviter ad exigui temporis prædicationem, sed altiùs fixa ad memoriam illius sempiternam.
Nomina herclè, omni famâ magis pennata. Cujus sub patrocinio ipsa se vivere profitetur æternitas.

to finde Fault.

Coarguere. Verbis castigare. Vitio vertere alicui.
Quærere ansam verbi unius, aut alterius latebrâ calumniæ ansam.
Criticis lectorum unguibus & liturâ vapulant. Calumniam struere.
Unguibus & graphiis expunguntur severissimis.
Delectiles Censorum spongias non effugere. Perstringere.
Censorium supercilium adversus fraternam charitatem distringere.
Opinionibus improbis criminantur eventa naturæ.
Syllabarum aucupes, qui rei æquitatem verbi laqueo capiunt.

Aucūpia verborum, & literarum tendiculas invidiam vocare.
Latinitatis tanquam Majestatis violatæ notas inurunt.
Sequiùs interpretatus aliquis malignè criminabitur.
Isthæc in me cudetur faba. Patruæ verbera linguæ.

to Favour.

Faveo Curioni Cæsari honestissimè cupio, pro Pompeio emori possum. Quem suâ causâ velle, cupere, ac debere intelligebat.
Flagrat studio tui & cupiditate.
Se totum devovet tibi. In utilitatem tuam jurat.

to Fear.

Abjicere, Despondere animum. Totis artibus hodie exhorrerem.
Non sum is qui fulgura ex vitro reformidem; aut mota vento folia.
Quicquid increbuit extimescere. Et corde & genibus tremit.
Umbram suam, gladium sui lateris extimescere.
Te rogo ne contrahas aut demittas animum. Vacillare, labare.
Annus qui sequitur, summo est in timore. Timore torpet, riget.
Tremens, & evangui colore luridus, tertiata verba semianimi voce substrepens.
Cujus aspectu deterritus & impos animi, marcidóque pallore defectus, tremensque decidit in poplites.
Horruit & velut gravi tonitru procelláque sideris, vel etiam ipso Diali fulmine percussæ corruit corpus & obnubilavit animam. Corculum assudassit jam ex metu.

to cause Fear, to Affright.

Terrorem metum incutere, injicere, inferre alicui.
Epistola illa mihi concenturiat metum in corde.
Denunciatione periculi perterrere facere. Timore percellere.

it hath no Fellowship, vide Difference.

Est absonum. Abhorret. Alienum est: Dissi um.
Voluptas rationi inimica nullum habet cum virtute commercium.
Nihil habet cum virtute conjunctum: nihil commune.

to Flatter.

Nisi mihi ipsi blandiar. Ni cœco amore tenear.
Ni inani efferar studio. Ni studio magis quàm judicio placeant.
Si non propriis indulgeam vitiis.
Ni in propriis æsti mandis cæcutiam atque hallucinem.
Neque hos auribus tuis me dare existimes velim.
Procul blanditiæ, pessimum veri affectus venenum.
Supina & natantia verba. Palpum obtundere. Blanditiis delinire.
Vereor ne ficta ad aures & ad gratiæ aucupium artificiosè instructa.
Longis ridiculis auribus principiis insidias fecit. Clunæ in purpurâ.
De Placentinorũ magis quàm Veronensium genere.
Rosas loqui. Sermonem papavere & selamo condire.
Ad voluntatem non ad veritatem loqui.
Oleum in auriculas instillare. Permulcere aures verbis coquinariis.

to Flie, vide Avoid.

Tergũ dare. Rejicere clypeum. Fugâ sibi consulere.

to

to follow, or Imitate.

Alicujus vestigia feliciter persequi, æmulari. Insistere vestigiis.
Se ad majorum mores composuit. Imitatione exprimere.
Ejus elegantiæ perdiligens investigator. *Jurare in verba magistri.*
Peragravit aliorum labores Alterius delibare fontes.
Ab ejus vestigiis transversum vix digitum discessit.
Hos flores ex Ci: agris decerpsit, Ex eorum fontibus hausit.
Fontibus aliorum suos hortos irrigavit.
Per vestigia ista serpere, etsi longo post intervallo.
Hunc tanquam Coryphæum secuti sunt. Sibi ante oculos ponere.
Exemplaria vitæ suæ sibi primos homines proposuit.
Orationem Tullii excerperunt preces multitudinis, *Followed.*

Foolish, vide Avoid.

Force, vide Violence.

to Forget, vide put in Mind.

Oblivione obruere: delere sepelire. Me fugit, præterit.
Homines madidâ memoria & subleſto judicio.
Proprii nominis oblivisci. Ni memini malè. Mihi excidit.
Oblivionis (ut ait Themistocles) artem ediscere.
Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio: Obruet. Quasi gustat à Loto. Epotâ Lethe. Veternum.
Abolere flagitii memoriam novâ gloriâ.
Quæ silentii nocte & oblivione jacent obruta.

Fœcundi.

Fœcundi cursus scripta intra primas memoriæ metas currunt.

Extra terminum mentis suæ posita prorsus omnium memoriam effudit.

Alienatis à memoria periculi animis.

To Forgive, vide Pardon.

To have Friendship.

Inire, coire, contrahere, conciliare, conflare amicitiam cum aliquo.

Consuetudinem atque commercium habere cum &c.

Ivi in amorem illius.

Cum M. Fabio summus est mihi usus: Domesticus usus & consuetudo.

Maximum mihi cum eo est vinculum quasi sanctioris cujusdam necessitudinis. Illo ad omnia utor. est mihi Tapanta.

Ipsi amare invicem, qui est flagrantissimus amor adolescentuli cœpimus, manuit is posteà, nec refrixit judicio sed invalvit.

Quocum mihi antea magna intercessit familiaritas; summa necessitas.

Quo familiarissimè utor, cum alio magnus mihi usus.

In meis intimis maximèque necessariis scias esse. In amicis habuit.

Qui per multos annos, amicitiam, benevolentiámque inter se sanctissimè coluerunt. Amore indissolubili connexi.

Omnia mihi cum eo intercedunt jura summæ necessitudinis.

Arctissimo necessitudinis vinculo conjuncti.

To be made Friends again, or reconciled.

Simultates, mutuas deponere. Amicitiam malè dissutam

statum reſarcire, ſartam, tectam integrare.
Bona fide in gratam redire, reduci, reſtitui, conciliari.

Full, vide Abound.

G

To make Glad, vide Pleaſe.

Incredibili quadam lætitiâ perfundere, cumulare. Cumulum gaudii attulerunt.
Uberiore lætitiâ animum opplere. Illæ autem aureæ (ſtatuæ) ſtrage ſuâ & ruinâ publico gaudio ſkaverunt.
Compulerunt hoſpitem ad gratantium lacrymarum lætitiam.

to be Glad.

Superat mihi atque abundat pectus lætitiâ. Ripas exuperat.
Impendio magis animus gaudebat mihi. Lubens meritóque vitulor.
Læti pacem agitant. Vix apud me ſum præ gaudio. Exultare. Ovare.
Atque id ferio triumpho. Faciem gaudio delibuti.

to Governe, vide Rule.

to give himſelf to Gluttony, vide Riot.

Palato ſapere. Ingenioſam habere gulam. Gulam vallatam.
Neque etſi calceatis dentibus venerint. Pollucibiliter victitare.
Helluari. Ventri, gulæ, genio, abdomini indulgere. Exqui-

Exquisita ingenia cœnarum. Ingeniosus & doctus gulæ artifex.

Nosse exquisitarum terrâ marique deliciarum salivam.

Mensarum assecla. In Apolline cœnare. Tartarea ingluvies.

Apicii illius opsodædali varias rerum condituras examinavit.

to Grieve.

Angere ac solicitum habere. Morte tristius ratus.

Anxium reddere: Qui pertinaciter urget, angit, urit.

Prorsus in pectore, imò verò penitus in medullis luctu ac mœrore carpebat animum. Usque mihi medullaris insidebat dolor.

Intimis anguntur sensibus. Nihil in reliquâ vitâ tuli ægrius.

Ægris oculis introspicere. Sunt quibus sudes est in oculis.

Vin' hodie facere quod viro tuo oculi doleant?

Si quid aures perstringit. Hoc urit, hoc secat. Malè habet virum.

An dolebam? frendebam, idque extra lineam tam longè, &c.

Egeram? verè dolueram. Lancinant ac saniant.

Excrucior, malè mihi est; malè maceror; doleo ab animo, doleo ab oculis: doleo ab ægritudine. A morbo valui, ab animo æger sui.

Dolor altiùs in visceribus insidens; In venis infixus. penitus medullis inhærens. Virgo vidua, ægra corpore animo saucia.

Dolor hic me torquet, mordet, cruciat, cruentat, dilacerat.

Mihi cordolium est. Vomica Carcinoma.

a Guide.

Thespium filum. Qui ducant, qui doceant.

Oful-

O fulgidam Cinosuram, ad quam dum vitæ clavum dirigis appulisti in portum & gloriæ quæ vana, & felicitatis quæ vera.

H

at Hand.

PRo, vel, in limine & foribus esse. Ante pedes esse. Instare.

Ut non procul abhorreat. Ut parum absit. Ut concidat cum.

A latere. Cujus januam penè jam ambo pulsamus.

Ad manum. In promptu. Quod amat, in mundo est.

Tam propè ab exule fuit, quàm postea à principe.

Happie, vide Luckie.

Fortunæ albæ pullus. Gallinæ albæ filius.

Naturæ aureoli filii. Qui in deliciis fortunæ vivit.

Cui jucundissimè ludit benignior fortuna, & utramque præbet lactandam mammam. Secundissimo fortunæ flatu vehi.

Fulsere nobis nostri soles. Felicissimum, optet tamen feliciorem.

Ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio ejus.

Virtute ac Diis volentibus magni estis & opulenti: omnia secunda & obedientia sunt.

Ut ad constituendum ejus imperium, contendisse. Virtus & fortuna viderentur.

Fruórque votis usque ad invidiam felicibus.

Hard, vide Doubt.

In quâ eruditissimis sæpè viris aqua hæret. Delio natatore opus.

Quod ne Deus quidem Hermes poterit ὁ μονόνειν.

Tenebricosæ Sphingis verba æmulans.

Quæ (ut ait Plautus) nisi Sybilla legerit, interpre-

tari posse neminem puta. Aranearum telæ. Nodus Gordius: Illud confragosum.
Involvosum imitatur, quæ in Pampini folia intorta implicat se.
Clavam citiùs extorquebis Herculi.

Hast, vide Speed.

to Hate.

Hostili, capitali, Varimiano, jejuno, agresti, novercali odio prosequi.
Exercere odia, simultates cum aliquo. Aspectum non ferre.
Cane pejus & angue odisse. Internecinum odium, & calcata sanguinis fœdera.
Magnam illi invidiam conflaverant.

Health.

Quam imbecilli fuit, quam tenui, aut nullâ potius valetudine?
Graviter febri laborat. Valustin' usque? P. sustentavi strenuè.
Corporis sanitatem tueri sedulò. Valetudinis rationem habere.
Valetudini tuæ inservias. Pugilicè valere, pancraticè, athleticè.

to Hear.

Quis unquam fando audivit? accepit?
Auditione accipere. Ad aures nostras percrebuit.
Nectar illud sermonum haurirem avidâ aure.
Aures eleganter teretes.

to Hearken.

Hoc age, aurem mihi præbe. Arrige aures.
Ut ab illo peterem auris copiam. Accomdare aures vacuas purgatas.

Auſcultare, atque operam date, & mea dicta devorate.
Adeſtote, omnes animis qui adeſtis corporibus.
Exurge præco, fac populo audientiam.
Vigilare, cogitare, adeſſe animo. Aurium operam tibi dico.

to take Heed, vide Take.

to Help.

Finitimis auxilio eſſe. Succurrere, ſubvenire. Subſidio venire.
Cujus potentiam nemo ſenſit, niſi aut levatione periculi, aut acceſſione dignitatis.
Nemine manum adjutricem porrigente. Tradunt mutuas operas.
Inde aliquod fomentum procellæ peteris, unde totus tempeſtatis impetus eruperat. Pœonus rationis remediis ſanare: Levare.
Date operam amicabilem: adjutabilem. Suppetias ferte,
Laborantibus ſuccurrat; ægris medeatur, afflictos excitet.
Clade oppreſſos ſublevare, Miſeria gravatis ſubvenire.
Adeſſe. Preſto eſſe.

to Hide.

In latebras abſcondere pectoris penitiſſimi.

to Hinder.

Iter intercludere, obſtruere, interſerpire. Præpedimentum objicere.
Per me non ſtabit quo minus. Quid obſtat, quo minus, &c.
Etiam ſi noſtra judicia maligne & invide tardaverit Damnum dedit.

Pre-

Premit fauces defensionis tuæ. Commodis meis illud officit, obstat.

Quas omnes artes, avaritia præpediebat. A vero bonóque impediebat.

Disciplinæ severioris sufflamine stringendum hoc proclivis vitii curriculum

Prærupto obice laffare. Sufflaminari. Remorari. Detrimento esse.

Honest.

Ab omni fæce terrenâ igne quasi divino excoctus.

Genuinâ probitate vir. Adprobus. Vita planè temperans audiebat.

Nihil suo ingenio melius, nihil suavius. Limatæ probitatis amicus.

Edecumatæ integritatis & religionis vir. Insolens malarum artium.

Consummatissimus vir, cunctarúmque virtutum conscientia & fama juxta beatus.

Vitâ innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, tantis denique adornatus virtutibus, quantas perfecta naturâ & industriâ mortalis conditio recipit.

Homo virtuti similimus, & per omnia ingenio Dis quàm hominibus propior; qui nunquam recusfecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non poterat. Nescit posse, quod posse non debet.

Vir non seculi sui, sed omnis ævi optimus. Florcorculorum.

Vir ad omnia virtutis exempla genitus. Te hominem albæ mentis!

to Honour, vide Duty, and Famous.

Me habere honorem, ejus ingenio decet. Illi honorem habitum.

Quo

Quem ſublimitas honoris inclinata non ſublimat. Summatim gloriam retulerunt.
Multis ador eis cumulandi, ut bene de Rep. meriti.
Ad ampliſſimum dignitatis faſtigium ſubvectis.

to be raiſed to Honour.

Honores ſibi à Principe aut populo delatos habere.
In ampliſſimum ordinem adſcribi, aſſumi. Amplis honoribus uſi.
Ità demum ad faſtigiatiſſimi honoris arcem evectus ſibi videbitur.
Ad ſummum honoris culmen aſcendere. In purpuræ dominationem adſciti.
Honoribus ampliſſimis pro merito ſuo augeri, ornari, cumulari.

Hope.

Non ſine ſummâ ſpe & expectatione. In ſpem veni.
Pronus ſpei.
Juvenes, ſummæ indolis ad ſpem, ſummæ ſpei ad frugem.
Expectati ad ampliſſimam dignitatem viri. Spe lactare, paſcere, ducere.
Si affulſerit ſpes lucri. Quantâ in ſpe eram. Spe niti.
Quantum efficit miſtus timori pudor, ſpeſque deſperatione quæſita.
Adeò, ut nec plus ſperari potuerit, nec ſpei reſponderi felicius.
Ad nihil ab eloquentiâ metuant: quàm ego, ſi quid omnino promovi, potius ſpero quàm præſto.
Mentes ad melioris ſortis ſpem erigere.
Malo in aliorum ſpe relinquere, quàm in oratione meâ ponere.
Magni potiùs fructus ſpe quàm magnæ ſpei fructu.

Past Hope.

Spe deploratâ confici: spei nervo inciso. Ex altâ spe decidere.

Ab omni spe dereliqui, destitui. Spem deponere.

Et magnitudo cladis etiam vota damnaverat.

Nunc res, & spes abs te segregant. Nunc spei salutiferæ renunciavi.

Nullâ vel imbecilli spe niti. Jacet, diffidit, abjecit hastas.

In nervum: ad laqueum; ad restim res rediit.

Actum est. Conclamatum est.

Est mihi illic una spes cœnatica - Si ea decollabit, huc redibo.

Idle, vide Careless.

AD inertiã & voluptates corporis pessundatus. Dediti ventri atque somno. Inculto atque socordiâ torpescere.

Qui sibi nihil agenti de cœlo devolaturam in sinum victoriam credat.

Compressis (quod aiunt) manibus sedere. Inerti ocio contabescere.

Homo licentis ocii; supini ocii. Pingues feriæ agere. Animo feriato.

Nec contraheres corporis veternum, opere semper aliquo infidiantis ocii terciffe rubiginem. Murciæ & Vacunæ sacris operati.

Cui torpedo piscis manum stupefecit. Nullam hodiè duxit lineam.

Jeſt.

Lepos. Sal. Facetiæ. Res feſtiva. Ludicrum.
Qui mihi inter patinas exhibet argutias. Gens naſuta.

Ignorant.

Quaſi alto ignorationis ſomno conſopitus. Qui neſcit an neſcire nolit.
Præter nomen ignarus populi Romani.
Hoſpes ſit in rebus quæ hiſtoriâ & antiquitate continentur, qui non cognóſcit.

to Inlighten, vide Darknes and Deck.

A tenebricoſiſſimâ ſuperſtitione in verum Evangelii lumen ac ſpiritum vindicare.
Brevi illas oras illuſtrabit melior hic Phœbus.
Fumus iſte mihi acer in oculis, quem rationis radio tolle.
Beare & inſigni luce perfundere.

to Judge.

Æquâ lance librare. Trutinare: Penſiculare.
Æquâ trutinâ, vel Statêrâ ponderare. Judicia ſolidè terſa.
Judicii hunc calculum ſibi ſumit quilibet è literariâ plebe.
Aliorum ſit judicium. In quo quid præſtiterim non his literis exprimere, ſed in ſtudioſorum opinione relinquere ſtatui.
Quæſo ipſe de eo judices examine penſiore.
Pecuniæ an famæ minus parceret, haud facilè diſcerneres.

to kill.

ERerum naturâ, è medio tollere. Luce, vitâ privare, eruere.
Conſciſcere ſibi mortem, Afferre ſibi manum. *To kill himſelf.*

I know.

Sat ſcio. Non me fugit, latet, fallit, præterit. Non ſum neſcius.
Conſcius mihi ſum. Nec te clam eſt.

to know perfectly.

Memoriter tanquam digitos, nomen, ungues tenere.
Exploratum manifeſtum, compertum habere, pro certo.
Oculatus & auritus teſtis cognovi. Magiſque in aperto ſunt.
Intus & in cute novi. Ego illius ſenſum pulchrè calleo.
Hoc nemo ignoravit, & priuſquam Theognis naſceretur.
Quis lippus, quis tonſor non novit? etiam nôrunt qui nondum ære lavantur.
Neque primam tantùm cutem ac ſententiarum ſpeciem; ſed ſanguinem quoque ipſum ac medullam verborum ejus eruere atque introſpicere ſe penitus prædicabat.
Cujus generis minùs trita eſt notitia.

L

To Labour, vide Pains.

to Lament, vide Mourn.

at large, vide Matter, and Write.

of Late.

NOn ita pridem Recentis memoriæ. Non multò prius.

to Laugh.

Risu Diffluere. Præ risu omnes qui aderant, emori. Lateribus omnes ridendo doluerunt. Albis dentibus ridere.

Stabat inter hæc Gniton, & risu diffluebat illa sua.

Democritum agere. Profusè, exertè ridere. In cachinnos solvi.

O Crasse, O Heraclite, ridete. *Aut dormitabo, aut videbo.*

In quibusdam vix risum, in aliis vix somnum tenere possum. Ille renidens.

Sufflabo in jocos, comminuam in sales, & ipsi Deo Risui sacrificabo.

to make a Law.

Legem promulgare; ferre, statuere, condere, sancire.

To make void a Law. Legem abrogare, abolere, antiquare.

To break a Law. Legem violare.

a desirer of Learning, or Student.

Bonarum literarum candidatus. Literarum & disciplinæ alumnus.

Provehendi studiorum desiderio flagravit. Musarum sacris operabantur.

Græcas literas ſic avidè arripuit, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. Juvenes in ipſa ſtudiorum incude poſiti.

Qui ſub muſarum ſignis ſtipendia facit.

meanly Learned.

Vix mediocriter inſtructus. Vix literis tinctus. Semidoctus. Sciolus.

Melioribus literis leviter imbutus. vix à limine ſalutavit.

Literarum veſtibulum vix dum ingreſſus. Literario quis de trivio.

Qui eruditum hunc pulverem nunquam attigerunt.

Qui elementis ſtudiorum ſi non inſtructus at certè imbutus.

Qui hæc primoribus, ſummis labiis deguſtavit, delibavit: extremis digitis attigit: per tranſennam inſpexit, per caliginem.

Learned.

Omni literarum genere excultiſſimus. Inſtructiſſimus. Plenis literis.

Homo ad literas natus. Effictus. Formatus. Eruditæ animæ.

Literarum uſque ad miraculum excellentia nobilis.

Cujus eminentiſſimi ingenii acies extra aleam poſita eſt.

Sol ille cœleſtis doctrinæ. Verus & verus Muſarum myſta.

Virtutis doctrinæque germani antiſtites. Homo impenſè doctus.

Triviſti, concoxiſti ſuccum illum Philoſopherum, qui rationes ſuas ad tenue eliminant. Politioris literaturæ cincinni.

Penitioris eruditionis, & literaturæ non inſcius. Sal & ſol.

Reconditioris Philosophiæ. Selectioris doctrinæ. Sacræ eruditionis.

Ad Cujus mysteria quibusdam occultæ scientiæ involucris tecta.

Musarum sacris operari. Musarum illi Geniales sacerdotes.

Architectus beatæ vitæ philosophus. Scientiarum instructus heptarchia.

at Leisure.

Quando per ocium libet. Plura ad te aliquid ocii nactus.

Succisivis temporibus ista curamus; ne quid vestris putes cessatum horis. Feriatâ manu. Ubi spatium eris.

Letters.

Nihil literarum, nihil rei literariæ.

to set at Libertie.

Emancipare. Manumittere. Jugum servile à cervicibus depellere.

In libertatem vindicare: asserere. Pileo donare. Rude donare.

Servis ad pileum vocatis. Effractis inferorum moris[que] repagulis.

Jam nunc vindiciis secundum libertatem datis utor.

Ex flammâ atque ferro ac penè ex faucibus fati eripere, conservare ac restituere. Cùm se planè corporis vinculis relaxaverint.

Basilicè Eleutheria agito.

Life and Live.

In hoc vitæ Oceano. In hac vitæ scena. Communi hac luce frui.

In hac vitæ fractione. In hoc brevi & exiguo vitæ curriculo.

In his anguſtiis quas natura nobis ad vivendum dedit.

Cur iis lucis uſuram tam diutur nam dediſti? Spiritum ducere.

Amarum lucis uſum experti. Vitæ filum. Vitam ſilentio tranſire.

In quibus cardo hujus vitæ vertitur. In hac luteâ compage, vel ultra Tithonios annos vivere. In corporis ergaſtulis detineri.

Is demùm vivere & fruì animâ videtur. Muſicè hercle agitis ætatem.

Nec ſervilibus intentum officiis ætatem agere.

Anguſtiis harum regionum cingi. In terris morari.

Ecquid videretur nimium vitæ cõmodè tranſegiſſe?

Reliqua vitæ curricula aduſque terminos ultimi ſpiritus vadata.

To bring to Light or Publick.

In medium, in vulgus, in apricum ferre, Eventilare.

Quos dies detexit. In ſolem & pulverem producere.

Ex antiquitatis umbris, tenebris, ruderibus, in ſolem & ſplendorem proferre, vindicare. Emiſit & produxit in lucem, Edidit.

Doctrinam ex umbraculis eruditorum ocióque non modò in ſolem & pulverem, ſed in ipſum diſcrimen aciémque perduxit.

Libellus, qui me imprudente & invito excidit, & in manus hominum pervenit.

Like.

His planè gemina & germana ſunt. Neque ovum ovo ſimilius eſt aut lac lacti.

Quadam ſanguinis cognatione conjunctæ, abiiſdémque ferè natalibus ortæ. Eorum ego vitam mortémque juxta æſtimo.

L

Lingring.

Cujus lentæ velut tabis ſenio victa eſt utriúſque pertinacia.

to Look merily.

Excutere animo ſolicitudinem, fronte rugas.

De me ſupercilio nubem. Vis tu remittere aliquid ex rugis.

Frontem explica, exporrige, diſperge, ſerena. Porrectiore fronte loqui.

Supercilio remiſſo animum defæcatum & mentis clementiam teſtante præ ſe ferente. Tragicæ noctis furias muta in ſoccum.

Super omnia vultus acceſſêre boni. Coactæ frontis ſcenam explicare.

to Look ſowrly, to frown.

Frontem abducere, in rugas contrahere, corrugare, caperare.

Severum, torvum, nubilum induere vultum. Tetricus, ſupercilioſus, Adductus vultus.

Ut illi caperat frons ſeveritudine? Quænam illa tempeſtas in vultum tuum inundavit? Ut vultum aſſeverat?

to Love.

In ſinu atque deliciis habere. Unicè admodum amare.

Vitâ, & ſalute antiquius habere. Eſt mihi, uti ſcis, in amoribus.

In omnium viſceribus, in medullis hærebat.

Qui te plus quàm oculos ſuos amat. Ferre aliquam in oculis

to lose Labour.

Studium inutiliter insumere, locare. Littus arare. Ventos reti venari.

Operam Ludere. Oleum & operam perdere. Sisyphi saxum volvere.

Æthiopem dealbare. Laterem lavare. In Danaidum dolium aquam Infundere. In aëre piscari. Contexere & retexere

Luckily, with good Luck.

Felici omine. Bonis avibus. Optimis auguriis. Ex voto cecidit.

Dextro; fausto; secundo auspicio. Ridenti genio. Ex animi sententia.

Ad aliorum summam utilitatem, ad suam immensam laudem.

Liquido auspicio, avi sinistrâ, atque ex sententiâ.

Blandiente; dulciter afflante; adspirante fortunæ Favonio,

Velis fortunæ expansis. Dextro Hercule. Amico sidere.

Huic conatui dexter adfuit Mercurius. Bona scæva, strenáque obviam processit mihi. Cui omnia ad voluntatem affluunt.

Dii tibi patrimonium fortunent.

with ill Luck.

Cæli siderúmque inclementiâ. Malo aliquo genio. In auspicatò.

Diis iratis, Genióque sinistro. Irato prorsus Deo aversóque,

Perii, interii, pessimus mihi hic illuxit dies. Humorum antipathia.

Sed sinistro pede profectum me spes compendii frustrata est.

Fortunæ meæ sceleritatem anteire non potuit. Scæva & sæva Fortuna.

Sic

M

Sicubi novercantis Fortunæ Boreas insultaverit. Fuscis avibus.

Sævire fortuna atque miscere omnia cœpit. Redintegratur imò verò cumulatur infortunium. Meliore in omnia ingenio animóque quàm fortunâ usus.

M

Mad.

Anticyrâ eget. Ellebori jugere huic opus est. Quas tu vides colubras?

Mente capi. Mentis lumine obscurari. Ad insaniam me rediges.

Larvæ hunc, intemperiæ atque insaniæ agunt.

Quin tu isthanc jubes pro Ceritâ circumferri. Lymphaticus.

Atra bilis agitat hominem. Oestro percitus. Cerebrosus.

Ardent oculi, vultus ipsius plenus est furoris. Mente est emotâ.

Pocrum sacrum & sincerum emant, quem latibus Grundalibus immolent. Furialibus actus stimulis.

Manifest, vide Plain, Light and Know.

Luce hac clarius exiftit, Meridiano jubari. Liquidò constat.

Hominem arbitror neminem esse cui dubium sit, qui ambigat.

In omnium oculis & ore positum. In propatulo. In foro. In aperto est.

In promptu res est. Res disputatione non eget. In confesso est.

Ut omnes mortales istius avaritiæ non jam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint. Extra disputationem positum. Extra controversiam est.

Donec ad liquidum veritas explorata sit. Et ratio in mundo est.

Ut vel Lyncei perspiciatis, vel noctuæ ad solem cæcutiatis.

Tritum & omnium scriptis sermonibúsque pervagatum. Extra omnem dubitationis aleam positum. Cui tonsorum aut lippientium non est notum? Ita clarum ut solis radio scriptum possit videri.

Nunc liquet, nunc defecatum est, cor mihi nunc pervium est.

Extant sceleris manifesta vestigia. Res non conjecturâ, sed oculis & manibus tenetur. Λευκὸς ἐστι λόγος, ἀλλὰ καὶ τυφλῶ δῆλος.

Manner, vide Custome.

Many, vide Abound.

Tot hominum myriades. Non uno vento.

Quot illustria capita? Lumina? Animæ? Varia inde, alia super alia.

Non de unius tacemus sibi vindemiam fecit.

Matter enough, vide Write at large.

Efflorescens ac redundans rerum sylva. In infinitum discurrere.

Amplissimus dicendi campus. Luculenta rei ac orationis supellex.

Illam orationis supellectilem habet, nunquam ut illi desit quod dicat.

Exprimere penum verbis luculentissimis instructum.

Illuc

Illuc eum rapiam, ubi non seclusa aliqua aqua teneatur, sed unde universum flumen oritur. In immensum mare discendi.

Nec præbita est materia ingenio. Seges & materia.

Obruor exemplis, quocunque oculos, quocunque animum converto.

to go to méet.

Obviam providere, procedere. In occursum alicujus proficisci.

Of his Mind, vide Agrée.

to set his Minde to.

Animum incumbere; [illegible]ere; appellere; adjungere; applicare; adjicere. Animo excubare.

Animum ad præclaras artes optimarum laudum studia adjungere.

Acri animo & attento aliquid intueri. Aciem animi intendere.

to put in mind.

Ignarium dare. Stimulis fodere. Fodere latus. Suggerere.

Tangere cubito aliquem. Vellere aurem. Mihi aurem pervellam.

Ubi me fugit memoria, Ibi tu facito ut subvenias.

Illam pulcherrimi facti memoriam refricat.

Mourning.

Pulla & lacryma. Imber lacrymarum. Vis lacrymarũ.

Squallidi, sordidati. Mœrore confecti. Ubertim flere.

Mœrore & lacrymis prosequi, excipere incommoda aliorum.

Capite in terram imo ad ipsos. Inferos dejecto mœstus incessit.

Mœretur

Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis.

Ecce consumptâ lacrymarum nube mihi Solem fortuna reduxit.

Cumâ & lacrymis maceravit. In luctu squalore, sordibus, lamentisque jacet. In tenebris cum mœrore & luctu vitam morte graviorem agunt.

Puniceos oculos habet, non queo lacrymam exorare ut expuant unam mihi. Quid lacertis in vestris oculis mea lumina.

Naughty, Wicked.

A Boni & virtutis naturâ dissiti & disjuncti, Scelere obstricti.

Fœdâ scelerum colluvie, cœno, sentinâ natus. Discipulus crucis.

Qui pernoctant in alia dies integros comportant & lasciviunt.

Quis tam projectus ad omne nefas. Qui cum divina omnia atque humana jura scelere nefario polluisset. Libidinis comperta nebulo.

Tam flagitiis coopertus. *Hic niger est.* Conscleratissimus latebricola.

Portentum atque monstrum esse humana specie & figura.

Homo omnium quos terra sustulit sceleratissimus.

Gratuito malus. Sator sartórque scelerum. Vitiis maden.

Omnes numeros impietatis implens. Scelerum machinator & architectus.

Scelus sceleri nectens, sevitiam crudelitate, nequitiam impietate superare.

Qui idcircò capite & superciliis semper est rasis, ne ullum

ullum pilum viri boni habere dicatur. Veneniis malis imbutus.

Omnibus vitiis vita inquinata. Officina nequitiæ. Fortis ad vitia.

Diverſorum flagitiorum omnium. Monſtra narro, non homines.

Homo poſt homines natus turpiſſimus; ſacerrimus. Sacerrimum caput.

Hominum portenta, omnium ſcelerum proſtibula, flagitiorum ſordes & ſentinæ.

Bipedum nequiſſimus. Proſligatus, flagitiis perditus; nobilitatus flagitiis. Acheruntis pabulum, flagtii affecla, ſtabulum nequitiæ.

In profundiſſimum libidinum gurgitem, præcipitatus.

In altum voluptatis plenis velis ſublatus. Alortientis carcinoma naturæ.

Luxus emblemata, nequitiæ vexilliferi. Opimæ libidinum victimæ.

Qui more pecudum Veneri & voluptatibus indulgent.

Immenſa aliqua vorago & gurges vitiorum turpitudinúmque omnium. O monſtra hominum ex ſcelere & immanitate concreta!

Tam præruptâ audacia efferatum, tam inſigni ſcelere tetrum, & ab omni religionis pietatiſque ſenſu, adeoque ſimulatione alienum.

Tam ſine pietate, ſine fronte, ſine mente.

Summæ impietatis numeros implent. Homulus enſæce, imò ſentinâ.

Poſtremâ laſciviâ famigerabilis.

A quo impietas, libido, crudelitas & omnium ſcelerum poſtremorúmque vitiorum ſtetit collegium.

Needleſs, vide to loſe Labour.

Imbrem in Oceanum ſpargere. Lumen ſoli addere. Cœlo ſtellas.

Ligna in ſylvam portare. Lucernam in ſole accendere. Lucem ſoli fœnerare.

Specie quàm uſu potiores. Sexcenta alia his gemina, quæ mera mora ſit adſcribere.

Negligent, vide Careleſs.

It wareth Night.

Adveſperaſcit. Cum jam prima fax nobis, & denſiores eſſe tenebræ cæpiſſent. Inclinante jam die. Morente jam die.

Nox provecta, *far in the night*. Nox concubia, alta, meridies noctis, *midnight*.

Noble, vide Famous.

Titulis, majorum ſtatuis & imaginibus clarus. Domi ſuæ nobilis, Clarus.

Me ut ex alvo prodieram, Imperatoria ſtatim purpura ſuſcepit, ſimúlque ſol hominem me vidit & principem. Natus haud obſcuro loco.

Nobili genere natus Ex ampliſſima familiâ natus, ortus.

Natalium ſplendore clarus, illuſtris. Proſapiæ veteris, & multarum imaginum.

---

to Obey.

Morem alicui gerere. Auscultare. Nitibi dicto esset audiens.

Si vos morigerari mos bonus est. Imperitum alicujus ferre.

Occasion serveth

Jam æstas adest. Fenestra aperitur; patet. Ansa præbetur; quæritur.

In igni ferrum est. *Dum vivent genua.* Res postulare, hortari videtur.

Ipsa opportunitas non potuit opportuniùs advenire; magis per tempus.

Nobis det locum loquendi. Quia bellissima occasio est.

how Old are you?

Quot annos natus es? Quot annos habes? Quotum annum agis?

Quot annorum es? Quotum numeras ætatis annũ?

an Old man.

Annis confectus, obsitus. Ætate provectus. Nemo tam ætate affectâ fuit. Quasi jam in extremâ tegulâ staret semimortuus.

Jam in peculio Proserpinæ & Orci familiâ numeratus.

Decrepitus & capularis senex Acheruntícus. Capuli decus.

Qui alterũ jam pedẽ in Charontis cymbâ habent.

Quibus florent amygdala. Quibus argenteæ canorum coronæ.

Ibi capillus versipellis fuerit. Senes deportani, de ponte dejiciendi.

Old

Old age.

Ætas ingravescens, confecta, affecta, decrepita.
Ætate senectâ. Ætatis crepusculum, vesper.

to Overcome.

Sub jugum mittere. Triumphum agere de. Fundere fugare que. Delere.
Victoriam, coronam, palmam ferre. Trophæum statuere, erigere.
Maximas hostium copias parvâ manu fundere. Vi subigere
Totum hoc anile agmen diffiaverim, ut folia ventus. Bello demare.
Se vim ac spiriritus etiam fregisse. Solo æquandæ Dictaturæ.
Prælio discessit superior. Pericula virtute impellere.
Sed cum Scipio veram vellet & sine exceptione victoriam.

to be overcome.

Pulsi loco cedere. Signa relinquere. Terga dare.
Fuga sibi consulere. Clypeum rejicere. Herbã dare.

to Owe, vide Debt & Duty.

---

to Pay debts.

Dissolvere æs alienum. Præstare optimâ fide argentum creditum. Expedire; eximere, levare se ære alieno. Nomina dissolvere.

Militi

Militi satisfecit & fidem suam liberavit.

to take Pains.

Sedulam navare operam. Industriam devovere omnem. Moliri.

Totis viribus nervisque intendere. Invigilare, Insudare, Incumbere.

Nihil sibi reliqui fecit ad——Nihil intentatum relinquere.

In solum studia, animos, cogitationes, vigilias omnes defigere.

Satis diû hoc jam saxum volvo. Omnem movere lapidem.

Ingenii nervos omnes & aculeos intendere. Summo uti conamine.

Omnes labores non solùm devorare, sed etiam concoquere.

Immensos & penè Herculeos labores exantlare. Omnes machinas adhibere.

Omnem operam, studium, industriam collocare, defigere, impendere.

Insomnes noctes traducere. Manibus pedibùsque conniti.

Supra humani ingenii vires labor âsse videtur. Summâ ope niti.

Velis remisque eò contendere. Destinare conatus. Addicere.

Assidui uno opere eandem incudem diem noctémque tundunt.

Negotio intentus. Diuturnus sapientiæ miles. Enixior opera. Navitas. Fuliga lucubrationum bibenda. Perditus & pernox labor.

Ad Cleanthis lucernam vigilare. Lucernam olet.

Cunctante stylo elucubratum opus. Multi sudoris opus.

Qui ab incunte ævo unis studiis literarum eò summis viribus deditus, omnibus aliis spretis

Voluptatibus, ad hoc ævi, haud scio anne super omnes homines, impenso labore, diúque, noctúque, cum despectu & dispendio bonæ valetudinis; eam quæsissem.

to pardon.

Veniam errori tribuere. Offensam remittere. Impunitatem delictorum dare. Intra spem veniæ cautus. Et facinus intra gloriam fuit.

Qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti graciam fecerim.

Perfect.

Omnibus numeris absolutus. Consummatus. Ad unguem factus.

Implevit militem. Ingenii defecati, excocti, depurati.

Plainly.

Apertâ fronte. Nudè, sine velo, sine fuco, cerussâ, pigmento.

Oro te, aulæum tragicum dimoveto, & siparium scenicum complicato: & cedò verbis communibus. Magísque in aperto sunt.

Sepositò lenocinio. Sine opinionum ullâ veste aut persona.

Enucleatè. Detractâ larvâ. Remotis strophis ac fucis.

Non sinuoso hoc pectore sentio, dicóve.

Latinè, non accusatoriè loquor.

to make Plain.

Enucleare Enodare. Abstrusam subtilitatem eruere.

Hunc mihi ex animo scrupulum ejice, exime. In medium, in lucem ferre.

to Please.

nimo, auribus, expectationi respondet, convenit, arridet.

mni ex parte facit satis. Accedit jucundum. Libentibus animis vident.

aque p.vi invidiam quorundam. Facit ad stomachum, ad palatum.

ensus gaudio permulcet. Salivam mihi movent.

luribus placent, Veneratione crescunt, vetustate comme dantur.

ascere oculos, atque animum exaturare. Oculis epulas dare. Omnium oculos, amorem atque benevolentiam allicit, non secus ac ferrum adamas. At ille non indelectatus nequitiâ meâ.

judiciis vestris placere sensero. Si volentibus vobis erit.

ed tu, si me beare vis, & insigni luce perfundere.

ix dici potest quàm cumulatam voluptatem persentiant.

berior & titillantior longè voluptas animo meo futura est.

ihi jucundum & quasi pabulum quoddam studiorum.

rtis quibdam voluptate vestras aures animósque titillarem, delinirem,

mœnitates omnium Venerum atque Venustatum adfert.

hoc delicias facit, libidinésque. Liquidissimis voluptatibus circumfluit.

ui pro cibo habeaste verberari. Volupe erit.

a pleasure,

a Pleasure, vide god Turn.

at your own pleasure.

Tuo arbitrio; arbitratu. Tuis legibus vive, tuo modo & more.

Ex animi tui sententiâ. Animo tuo morem gere. Quantum tua fert voluntas. Utcunque libitum est animo. Ex, pro libidine.

Polluted.

Fœdissimis P. sentinæ sordibus inquinata; contaminata.

Labe, contagio olenti fæce, colluvie corrupta; infecta.

In omni vitiorum cœno volutârunt. Illotis pedibus.

Si hujusmodi maculas ab infantiâ contraherent. Venenis malis imbutus. Non cerâ, sed cœno oblini esse videamini, Pice.

Errorum vitiorúmque lacunis ecclesiam contaminantes.

Cujus labem nullus unquam Oceanus possit eluere.

Ne quid maculæ aut inhonestamenti in me admittam.

Nuditate nominum atque verborum invérecundiâ aurium reverentiam incestant. Sacra profanâque omnia polluere.

Poor.

Præter inanissimas, phantasias homo omnium indigentissimus, qui nihil planè non lembum, non triallam, non cucurbitam possidet.

Rerum inopiâ laborare. Rebus omnibus destitui, exûi.

Tenues sunt illi facultates, opes nullæ. Pauperrima pannosaque reculæ.

Ad ſummam redactus inopiam. Re familiari comminutus.

Cum extremâ paupertate conflictari. Omnibus neceſſitudinibus circumventus.

Fortunarum jacturam fecit. Hominum mendicabula.

to my Power.

Non ſolùm omnia debeo tuâ causâ quæ poſſum, ſed ea quoque quæ non poſſum. Et ſupra vires niti próni prompt íque ſtudii eſt.

Pro virili meo. Pro ingenii captu. Quantum quantum in me eſt.

Quantum ingenii vis patitur. Pro virium modulo.

Si quid in me ingenii atque induſtriæ ſit. In manu veſtra ſitum eſt.

Si tamen mihi differendi tribuerit facultatem paupertas oris humani, vel ipſum numen ejus dapſilem copiam eloquentiæ facundiæ ſubminiſtrâvit.

Ubi anguſtior eſſet materia voluntate.

Si quantum vellem, poſſem quoque.

Si res ampla domi ſimilíſque affectibus eſſet.

Quod in noſtrâ familiâ fuit, præſtitit. In hac qualicunque infantiâ.

Atque ego is qui ſum, quantuſcunque ſum. Vides quid velim, ſi magna poſſem. Lacertos meos expendo. Artus artéſque libro.

Timentes ut parum eſſent ferendæ agitationi inter undas.

to Paſſe, vide Comment.

Priſon.

Cum obtorto collo de convivio in vincula atque tenebras abripi juſſit.

In cuſtodiam tradere. In vincula conjicere. In carcerem abdvcere.

In carcerem compingere; detrudere.

Privy unto.

Populares conjurationis. Populares ſceleris ſui.

to Proceed, or Profit.

Proficere, Provehi. Promovere in bonis literis.
Macte virtute. Macti eſtote. Neque proficit hilum.

Profitable.

Salutare eſt. E re eſt. Ex uſu eſt. Facit ad Reip. emolumentum.

Quæ in rem tuam ſint; conducant. Cui bono fui?
Tuâ ère feceris. Ex tuo uſu. Uberrimos adfert fructus.

Magnas & multas habet opportunitates. In rem fore credens. atque pro bono facturum.

to Promiſe.

Sanctiſſimè recipio. Fidem, fide juſſores dare. Promiſſis onerat impellitque.

Tuam mihi operam policeri auſim. Solatium ſibi ſponder.

Oneratos ingentibus promiſſis dimittit. Maria montéſque policeri cœpit. Non mediocrem animum pollicitando impellit.

Mihi reliqua vitæ curricula, aduſque terminos ultimi ſpiritus vadata.

Fidem religioſiſſimè verbis obligare. Hac lege tibi meam adſtringo fidem.

Fidem adhibito ſacramento confirmare; Interpoſito juramento devincere; conceptis verbis. Te religione obſtrinxiſti.

to keep or perform Promiſe.

Fidem liberare; ſolvere; firmare; cumulatè præſtare. Promiſſis ſtare.

Fidem

Fidem sanctam habere; constantissimè retinere; illibatam, inviolatam, integram conservare. Tueri debitum officium.

Fac ut promissa appareant. Nihil ita primoribus labris pollicetur, quin promissa fidem subdat, & verba re sarta tecta conservet.

to break Promise.

Fidem violare. Fidem datam fallere. Cave fidem fluxam geras.

Fidem decoquere.

Prosperity, vide good luck and happy.

Rebus prosperis atque ad voluntatem affluentibus frui.

Ad indulgentissimæ fortunæ munera & missilia sinum pandere.

Prospero blandientis fortunæ flatu, aurâ, æstu secundo navigare.

Proud.

Insolescere. Neminem præ se ducit hominem. Indulgere supercilio.

Pavonis flabellum & exuvium leonis præ se ferre. Cristas erigere.

Tumidissimum animal. Superciliosum. Cornua tollere.

Ingentes spiritus sibi sumere. Animis extolli.

Subnixis alis; ansatus ambulat. Inflato collo; tumidis cervicibus.

Campano supercilio ac regio spiritu nos despicit. Arrogantiâ pompaticâ.

Si quidem hercle Æacidinis minis expletur, animisque incedit.

Sic digito cœlum attingere putat. Magnificè se circumspectat.

Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est.
Scelere atque superbiâ se efferens.

to Publish, vide bring to light.

to receive Punishment.

Pœnas dare; pendere; luere; persolvere; subire.
Pœnis affici, mulctari.

to Purpose.

Statutum cum animo, deliberatúmque habere.

I purpose not.

Non est in animo. Non placet. Procul absit. Non statui.
Abhorret animus. At mihi alia mens. Non fuit consilium.
Non in animum induxi. Non is sum qui unquam aut etiam velim.

on set Purpose.

Datâ, Deditâ operâ. De industriâ. Ex professo, prudens volénsque.
Initâ atque subductâ ratione.

---

to Rail, vide Slander.

Convitiis lacerare. Aculeatis verbis insequi. Invehi in aliquem.
Stomachum, bilísque omnem acerbitatem, ne dicam virus ipsum acerbitatis evomere. Nullis convitiis, nullis maledictis parcere.
Theonino dente convolare. Quicquid in buccam venerit evomere.

Satyras & virulenta linguarum verbera non evitabis. Lingua dentata.

Neque maledictis adversus impudentes & improbos velitandum.

Calami crenam stringere adversus aliquem. Strepere. Debacchari.

Qui maledicunt semper, quoniam benè discere non norunt.

Ad convitia & satyras natus. Verbis verberare. Maledictis velitari.

Petulantissimâ linguâ consectari. Colubrini oblatratorum molares.

Se in me emissarium fuisse. Swingere os serratum in aliquem.

Rash.

Inconsultus ac præceps. Qui nihil moderati aut pensi habet.

Qui impetu magis quàm consilio fertur. Homo præcipitis consilii.

Vir inquies & ultra fortem temerarius.

Repentino quodam judicio, & quasi vento, & impetu animi aliquid facere.

to Reckon up.

Doctorum catalogum pertexere. Recensere.

to Reckon or Accompt.

Referre rationem, impensam, diarium. Reddere rationem expensam.

Ratiunculas subducere; supputare. Visne igitur cum fortuna calculum ponere? Impensam ad calculos revocare.

In diario vitæ fortuna utramque paginam facit. Omnia fortunæ referuntur in acceptis.

to Refrain, vide Abstain.
to Refuse, vide Abstain.

Abnuo. Aures claudo ad omnem excusationem. Reclamo. Renuo.

Quibus obviandum non erat. Hanc sententiam repudiavit.

Ad facem & sentinam hominum certum mihi oculos claudere, firmo & obstinato planè sensu. Mundum res suas sibi habere jussit.

Quæ securæ justitiæ recusat alios cognitores.

Jam triennium est cùm virtuti nuncium remisisti.

to remember, vide put in Mind.

Recordatione amicitiæ nostræ fic fruor. Gratissima memoria prosequi.

Non sine summâ charitate & reverentiâ illius memoriam usurpo.

Hærere & includi in medullis. Memoriæ infixum retinere.

Longo retro tempora animis recolite. Cùm me collegero.

Quantum memoriâ repetere præterita possum.

Planè meminerit & penitissima mente conditum semper tenebit.

Ubi tuarum virtutum tibi venit in mentem.

Quod me recordantem miseratio subit. Res à memoriâ remotas revocare. Stabit apud me beneficii tui memoria.

Etur hoc beneficium (quemadmodum dicitur) trabali clavo figeret.

Report.

Quædam nova afferebantur. Rumoribus dispersum est.

Dissipata; sparsa; pervulgata est fama. Fama divulgavit.

Et tamen hæc fama valebat. In ore est omni populo

to

to have an ill Report.

Malè audire. Fœmina tam malè quàm bene nota. Infamiâ flagrat.

to Requite, vide Thank, and Revenge.

Talionem reddam. Vices rependam. Referam. Reddam hostiam.

Quæ labores fructu abundè compenset. Tu præstabis damnum.

to Resist.

Vos qui fremitis, calces jacitis. Refractarius. Calcitrat. respuit.

Refragatur huic rei ingenium. Reclamare. Obstrepere. Oppedere.

Oggannire. Ne mihi obvertat cornua. Contra rem suam venit.

Tum primùm nobilitatis superbiæ obviatum est. Ite obviam periculis.

Quæ insciria est advorsum stimulum calces? Cui adversatur.

Rest. Quiet.

Animo ocioso te esse impero. Defecato animo esse.

De isthac re, in oculum utrumvis conquiescito.

Intermittere Festos; ferias agere. Tu sævis exantlatis casibus pausam pacémque tribue: Sit satis laborum, sit satis periculorum.

Potuissem desistere, ni animus inquies pasceretur opere.

Ad animi relaxationem & recreationem descendere. Tranquillum est. Alcedonia sunt circa forum. Non in hoc urbis ocio & intimo sinu pacis.

to Revenge.

Talionis genuinum alicui infigere. Quas injurias non irâ sed risu ulciscitur.

Fallaciâ fallaciam trudere. Amentatas hastas retorquere.

Aut vir ego liberque non sum, aut noxio sanguine parentabo ego injuriæ meæ.

to Reward.

Præmio majore videtur remunerandus, quàm humanæ naturæ angustiæ possunt tribuere. Non vincar beneficiis. Præmiis cumulare. Multis suffarcinat muneribus.

Tulit protinus & voti & consilii sui precium Resp. *received reward.*

Rich, vide Enrich.

Fortunæ fundatæ & benè constitutæ.

Riotous, vide Waste and Glutton.

Bonorum decoctor. Profusus nepos. Nepotari. Neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere. Luxuriosè nimisque liberaliter habere.

Quibus divitiæ ludibrio videntur fuisse, oneri, miseriæque.

Dies noctésque bibere; græcari; obsonari pollucibiliter.

Tu meo periculo gurges & vorago patrimonii belluabare?

Diffluere luxuriâ. In Apolline cænare. Bona patria lacerare.

to take Root.

Radicem agere. Pedem figere. In animæ medullis hærent

Altis defixa radicibus in animis nostris insidet. Fibræ

by the Roots utterly.

Radicitùs extirpare. Funditùs evellere. A stirpe interiit.

Adeò ruinas ipsas urbium diruit, ut hodiè Samnium in ipso Samnio requiratur.

Rudely.

Rudi, crassâ, invitâ, Minervâ. Illotis pedibus accedere.

Crass

Crasso & levidensi filo pertextum. Illotis pedibus.
Exilis in sententiis, non luculentus in verbis. Levi manu.
Acii aut Pacuvii veterno inquinatus. Lentitudinis & teporis.
Nihil à natâ infantiâ puerilius. Fæx quotidiani sermonis.
Exilis, durus, jejunus, siccus, aridus. Plumbius. Vilis & cellarius sermo.
Παχυλῶς ὡς ἐν τύπῳ Παχυμερέστερον. Crassè. Inconditè, Solo stylo. Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu viget? Ossa & macies.
Tota dictio enervis, sine sanguine sine colore, atque, ut ait Catullus, inauratâ pallidior statuâ. Oratio de repentino oborta est, velut in maceria lapides temerario interjectu poni necesse est.
Sine regulæ correctione, & mensuræ parilitate, & perpendiculi solertia.

te Rule.

Gubernaculum, clavum tenere. Cum imperio esse. Rerum potiri.
In imperii sui gyrum ratio sensum ducit. In gyrum & alveum rationis ducere. Temperabit & habenas moderabitur.
Cancellis virtutum, officiique septis coercet & præclarè continet.
Luxuriantes reprimere & legum habenis constringere.

Safe, Sure, vide Defence.

TAnquam caduceo ſecurus aliquo. Extra tela & pulverem poſiti.

Si quis Deus ſponſor te in monte aliquo conſtituat Homerica velatum nube. Legenti oras & per littus leniter fluenti.

Achilleæ inſtar panopliæ. Hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum.

Omnis res eſt in vado. In vado ſalutis. In portu navigo.

Præoptabat intra ſuæ domus ſepta facilimæ egeſtatis ſecuritatem.

Literarum infulis protectus; velamine nupeus. Præſidiis philoſophiæ ſeptus. Literis me involvo. In literis me abdo.

Dii tibi natum ſoſpitent. Sed unus ex his de cœlo miſſus mihi ſoſpitator.

Sartam tectam conſervare. Interpoſitâ fide publicâ.

as they Say.

Quod aiunt. Quod in proverbio. Ut proverbiari utar dicto.

Sermone jam tritum eſt. Vt dici ſolet.

In triviis vulgarum compitalibus.

Scarce.

Cygnus niger. Non ens. Abiit in Vtopiam.

to Search or Seek.

Cælum & terram ſubtilis ingenii alâ pervolare, penitùs ſcrutari.

Omnibus veſtigiis inquirere, inſiſtere. Quæſtionem habere. Ambire.

Subtili quadam & exquiſitâ indignatione ſolertiſſimè inveſtigare.

Feriatis ingeniis altiore indagine quærendum. Circumſpectare omnia.

Curioſis

Curiosis rimare oculis. Solerti industriâ perscrutari. Aucupari.

Curiosè nimis & subtiliter scrutari, τὰς ἐν ἄδου περιεργάζεσθαι.

Circumspectatrix cum oculis emissitiis. quam sagacissimè odorati.

Rimemur non miremur. Si primorum replicaveris annales.

to See.

Oculis usurpare. Sibi ante oculos proponere. Lustrare.

Videant irreligiosi; videant, & errorem suum recognoscant.

Utin' ego oculis utilitatem obtineo syncerè, an parum?

Tristitiæ nebulis dissolutis, hausi cælum.

to Sell openly.

Hastam ponere. Sub hastâ ponere. Hastæ subjicere.

Venale, promercale, nundinatum imperium. Auctionem facere.

Execrando metallo pudicitiam suam protinus auctorata est

to Set forth vide Deck.

Adeò meliùs oratorem vel hirtâ togâ induere, quam fucatis & meretriciis vestibus insignire. Pigmento & cincinno orationis.

Calamistrata, Calamistro inusta. Verborum phaleris. Nitore.

Sententiarum succo solidè coagmentari, non vermiculari bello illo emblemate. Errores rancidos logico ceruso purpurare; Minio.

Nemo verbis potest consequi Quærendum novum verbum.

Malim C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quàm calamistra Mæcenatis, aut tinnitum

Gallionis. Politè nervosum.

Shame.

Gravi flagrare infamiâ. Insigni dedecore cooperiri.

Ignominiæ labe turpissimâ, quam nulla dies diluat, aspergi, notari.

Shamelesse, vide Ashamed.

Perfrictæ, effrictæ, caninæ frontis. Nunc refractis pudoris & reverentiæ claustris omnia patent omnibus; nec inducuntur, sed irrumpunt.

Ità audacia os tuum duravit in tam impias voces. Devorato jam pudore.

Domum clausam habet pudori & sanctimoniæ. Gnaviter impudens. Effrons.

Ore durissimo. Qui quid sit pudere nescit. Muscâ impudentior.

to make Shew of.

Præ se ferre amorem. Prætendere. Nihil est quod ignaviæ suæ prætexat. Amici specie, obtentu pietatis.

Specioso titulo facinus omnium turpissimum molitur.

Short, vide to be Brief.

Shut out.

Prohibitus januâ. Non intromissus. Nunc adeò ego omnium sum exclusissimus. Adulationibus obstructus est aditus.

in all mens Sight, vide Famous.

Ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrer, conversos.

In me quæsturámque meam quasi in aliquo orbis terræ

vertæ theatro versari existimem. Conspicuum & eminens.

Quasi in sublimi propositum speculâ virtutis elucet.

at the first Sight.

Primo vultu, intuitu, facie, fronte, aspectu, congressu.

Huic malo ipso primo impetu & acie occurrendum.

Silent.

Linguisque animisque favete. Ore obturato.

Paulisper se intra silentium tenuit. Digito compescere labellum.

Nam de Carthagine silere melius puto, quàm pauca dicere.

Hirpocratem agere vel Angeronam. Pythagorica uti silentio.

Nè verbum aliquod effugiat per septum dentium.

Silentium oblivioni simillimum. In vaginâ silentii recondirum.

Vocem suppressit. Silentio prætermittere, præterire, omittere.

Argentangium pati. Silentium vendere.

to Sit by one.

Alterum fovens. Prætexati latus. Cingentibus Liviam.

Juventutis grege circumsidebatur. Tegere latus.

to Slander, vide Rail.

Detrahere de famâ. Maledicta ingerere. Vexare famam.

Involare nomen, invadere, petere, depeculari. Labe aliquem aspergere.

Noram aliquam vitæ & moribus inurere. Debito honore spoliare.

Inurere æternas maculas quas reliqua vita eluere non possit.

Optimi cujusque famam incesto ore lacerare.

Et Petilii vexati sunt probris, quòd splendere alienâ invidiâ voluissent, spoliáque ex Africani gloriâ peterent.

Alicujus nominis celebritati invidiam conflare.

Tenebras splendori offundere. Existimationem alicujus minuere.

Viperæ ritu, niveo denticulo atrum venenum inspirare.

Si & hisce deliramentis genuinum molarem invidia non fixerit.

In quas obloquiorum Scyllas ? Concinnatis calumniis.

Qui nunquam ferè os suum nisi maledictis & calumniis aperuit.

Quin ei nocens lingua mendiciorum & amaritudinum præministra semper in fæculentis & olenticetis jaceat.

Morsum dentis igniti, flammei, fulminei impressérat.

Quòd me sinistræ rumor ac fumus opinionis afflavit.

Nimia illa labes & quasi lacuna famæ imminentis.

Slow.

Pedibus pulmoneis qui perhibetur, priùs venisset quàm tu.

to Speak.

Inire, incidere in sermonem. Sermonem habere. Verba facere.

Tacitus nullo modo præterire possum. Versari in sermonibus.

Soleo sæpè ante oculos ponere, idque libenter crebris usu pare sermonibus. Ut mollissimè dicam. Ne quid dicam gravius.

Res percrebuit, in ore atque sermone omnium cœpit esse.

Silentium ecce ejuro, & locuteleius fio.

Cerebrum excutiunt mihi tua dicta, lapides loqueris.

Hiscere si animantia muta possent; si in linguarum nostrarum facilitatem solvi; si arbores, glebæ, saxa sensu animata vitali vocis sonitum quirent & verborum articulos integrare.

Spædily.

Manibus pedibúsque. Cum dicto. Cum vistigio evanuit.

Si me Dædaleis aut Pegaseis tulissem remigiis. Remis velísque.

Rapidum iter ac præceps velut uno spiritu. Celeri mentis alâ.

Per somnium divites facti. Δὶ ὄναρ πλουτοῦσιν. Passis velis.

Quadrigas si nunc inscendas Jovis, atque hinc fugias; ita vix poteris effugere infortunium. Operam celocem hanc, ne corbitam date.

Pegaseo gradu & vorans viam redi. Curriculo abi, vola.

Triptolemi currus ascendere. Ocyùs conficere spatium.

In hanc tam præcipiti festinatione, quæ me, rotæ pronive gurgitis ac vorticis modo, nusquam patitur consistere.

to Stain, vide Slander.

Ne Claudiæ genti eam inustam maculam vellent, ut videretur, &c.

Ne talis notæ contagio ad ipsius quoque gloriæ sugillationem penetraret. Repulsâ Præturæ sugillatus est.

to Stir up.

Addere, admovere, adjicere stimulos. Erigere, Accendere, Incendere.

Igniculos in animo excitare. Aculeos in animo audientium relinquere.

Subdere alicui calcar ad virtutem. Præcursor, incensor, fautor.

Quos aculeos habet vestra severitas, eum eos accusator erexerit.

Acriores ad studia dicendi faces subdidit, tanquam eos exacuit.

Me ad melioris sortis aleam movent & hortantur.

Suos hortando ad virtutem arrigere, inflammare.

to be in a Strait.

In arctum; in angustum coguntur copiæ. Urgentur angustiis.

In impeditum & inextricabilem Labyrinthum.

In has verborum angustias artisque perexiguos cancellos me compegi.

Stubborn, vide Resist.

Quo morbo, quoniam totâ laboras cervice.

Such is

Quæ tua est humanitas. Quo es ingenii candore

Ita enim à naturâ sumus formati.

In illâ superbiâ & importunitate.

T.

Take heed.

Vide sis. Cautio est. Religio est.

to take in good part

Ambabus ulnis amplecti. Obviis manibus excipere.
Summâ animi propensione complecti. Sinu fovere.
Hospitio benignissimè excipere. Gratis animis colere.
Lætâ fronte aspicere. Nimis quàm libens sermones libo.
Panderet modò sinum & venienti occurreret.
Sinum laxa; merum lucrum est.

to Teach.

Vagientibus pueris lac cibúmque præmansum in ora ingerere.
Qui omnes tenuissimas particulas atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris in eos inserunt. Viam digito commonstrare. Primis elementis instituere literariæ militiæ tyrones.
Literis imbuere, inficere. Scientiâ augere. Ad humanitatem informare.
In nobiliorum puerorum cudendâ & poliendâ linguâ acerrimum ultimæ ætatis contentionem Hieronymus fixit. Profiteri.
Ad meliores artes præit juventuti. Prælegit. Ludum apperire.
Hoc, signa in parte lubricum adolescentiæ declinat, revocas; inornatúmque robur subsidio impensus regis.

to give Thanks.

Omnia hæc tibi accepta fero. Immortales habeo gratias.
Maximas gratias tibi agimus C. Cæsar, majores etiam habemus.
Gratâ Memoriâ beneficium prosequi. Apud memorem beneficii fiat gratia. Tua erga me munera, dum vita suppetet, æterna erunt.

Gra-

Gratitudinis deditionem agnoscere, polliceri, præstare.

Grati animi argumentum, testimonium adhibere. Gratas gratias memini.

Semper intentum, promptum, paratum me esse ad gratias referendas.

Tibi lætus lubens laudes ago; & grates gratiásque habeo. Habebo quod cœlo imputem. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices.

to serve the Time.

Scire uti foro. Tempori sagaciter inservire. Servire scenæ.

Omnium horarum hominem agere. Ita se dubium mediúmque partibus præstitit, ut omnia ex proprio usu agere, temporibúsque insidiari videretur.

to make Tryal.

Periculum facias in musicis. Ad Lydium lapidem; Heracleum.

In ingenii palæstram & arenam indurcere. In certamen descendere.

Examinemus judicii tanquam aurifices conflatorio, separatim.

Qui dolium hoc nunquam volutarunt. Extrema omnia experiri.

Juvat illi in antecessum pauca dare. Prælibare.

Facito sui experimentum. Ede specimen aliquod artis tuæ.

Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.

to raise trouble, or Tumult.

Strepitu & tumultu omnia miscere. Cœlum terrâ miscere. Summa imis miscere. Tragœdias excitare. Mare cœlo miscere. Negotium facessere. Turbam dare.

Trusting unto.

Humanitate tuâ fretus. Humeris suffultus, adjutus, nixus.

Virtutis tuæ quasi quibusdam fibris nixus & fulcris.

to do a good Turn, vide Pleasure

Me divino beneficio affeceris. Pergratum feceris.

Me tibi beneficiis in æternum devinxisti; obligosti.

Beneficium ponere, collocare; serere, ut metere possis fructum.

Muneribus ornare, cumulare.

Atque ut hoc beneficium clavo, quemadmodum dicitur, trabali figas.

Value, vide Account.

Violence.

VIs illa fuit & ruina quædam ac tempestas.

Involavimus & quasi vi factâ irrupimus in tutum sinum.

Virtuous.

Divini igniculi, virtutúmque semina magis magisque in dies ad maturitatem caneſcebant. Omnibus numeris virtutis dives.

Tot virtutis ornamentis excultus. Virtutum præsidio septus.

Virtutum comitatu munitus, ornatus, instructus.

Understanding, vide Wit.

Unlearned, vide Rude.

Nullis literarum remis instructus.

In omni re literariâ rudis ac rudis, hospes ac peregrinus.

A musis alienus aversus. A musarum amœniorum choro alieni.

Nam quis est adeò non ad eruditionem modò, sed à sensu remotus hominis? Qui nunquam philosophum, ne pictum, quod dicitur, vidit.

Unthankful.

Non imitari alicujus erga se beneficia. Parum memor beneficii.

Officium in illo requiritur, desideratur. Sicciné mihi male refertur gratia?

Unwilling.

Præter morem meum & præter votum. Cum aculeo discessi. Quasi anima à corpore, ita avulsus sum à vobis.

W

to Wait on, or Attend.

Assillari; Famulari; Subservire; Velificari voluntati alicujus.

Nutum alicujus observare; intueri paratus.

Componere; fingere; accommodare se ad arbitrium alicujus.

to lay Wait, vide Decree.

Insidias moliri; struere. Retia tendere. Cuniculos oppugnare.

to Warn, vide put in Mind.

to Watch diligently.

Argi centenis oculis observare fixis.

Insomnes noctes traducere.

to Want.

Alterum desideramus in Græcis. Requirere se in senatu consularem, in votis sacerdotem, in jurejurando civem.

Hujus desiderium civitas ferre diutiùs non potest.

Ut in ipsâ Siciliâ Siciliam desideraretis.

to prepare for, or make War.

Bellum internecinum infestissimis gerere animis. Consertâ manu.

Bellum indicere, denunciare, promulgare, Classicum canere.

Aperto prælio cum hoste congredi; confligere. Conferre pedem.

Per omnes Galliæ articulos gangræna serpit sanguinolenti belli.

Cœlo Deique solio adversa signa Giganteo quodam fastu inferre.

Pro hac Helenâ certant. Cuneos Gradivi, Faces. Sagum induere.

Infesta patriæ signa intulit. In acie stare; in procinctu. Accingere se.

Bello tentare. Signa conferre. Manum conserere. Milites decuriare.

to levie forces for War.

Cogere, conficere copias, exercitum, vim militum.

Conscribere milites. Delectum habere militum.

Comparare, conflare, colligere manum.

Wasted, vide Riotous.

Vastus attritúsque apparet, non aliter ac si cœlesti quodam igne deflagrâsset. Exhausta & attensa res. Vacillat peculium.

Conturbavit; decoxit; confregit rem. Dilaceravit, deartuavítque opes.

Omnibus modis pecuniam trahunt, vexant. Tanquam in summâ abundantiâ pecuniæ illudere. Italiæ opes maximè attriverat.

Labat,

Labat. jam pellucente ruinâ. In foro non comparet.

Is vel Herculi conterere quæstum posset. Rem familiarem effundere prodigere; dissipare; comedere; devorare; abligurire; absorbere; dilapidare. Venas rimatur,& morsas visceribus penitus medullas sorbet.

to Weaken and Weak.

Insolentiam labefactare; minuere; contundere; reprimere; frangere; infirmare. Retardare spiritus. Seditionis fibras evellere, extirpare. Parum valido tibicine fulta est hæc opinio.

Inertes & non sufficturi honoribus. Parum animo valuisse.

Brachium perditorum reprimere. Autoritatem ejus imminutum iret.

Cum mens humana vel rationis quodam quasi nervo inciso ita langueat, vel concretionis quadam, prope dixeram, labe infecta ira hebescat. Elumbes & pepetuâ macie squallentes.

to Weigh, vide Judg upright'y.

a Weighty matter.

Res non levis momenti. Onus Ætna gravius. Herculeum opus.

Onus nostris impar viribus, humeris. *Hic labor, hoc opus est.*

Duram suscipere provinciam, lubricam, scopulosam.

Onerosam imperii vim sustinere nequit. Hanc Spartam nactus.

Non imponi cervicibus tuis onus, sub quo concidas, corruas.

Colossea onera. Atlantica.

Wicked, vide Naughty.

to Wish well to, vide Favour.

of good Wit, or Wise.

Non vulgari ingenii dexteritate. Ingenii oculus purus & acer.

Subtilissimâ ingenii acie, acumine, candore, lumine propè divino.

Supra mortalitatem istam sapere. In hac facultate versatissimi.

Quo est acumine, & judicio. Acri vegetóque ingenio, subtili, igneo.

Fermentato judicio, ingenióque subacto.

Extra omnem ingenii aleam positus. Vir oculatissimus.

Ingenii dotibus cumulatissimus. Cui vegeta & alta indoles.

Nullius tantum est flumen ingenii. Acumen divum.

Nullo fluentis ingenii sale; nullis ingenii scintillis conditus.

Homo nec meo judicio stultus, & suo valdè sapiens.

Tu nihil nisi sapientia es: ille sutilis, somnium, Tripode dignus.

Nunc experiar, si tuae acetum tibi; cor acre in pectore.

Ecquid habet is homo aceti in pectore? *Ch.* atque acidissimi.

Sapit hic pleno pectore. Habet cor. Cordatus.

Unwise, Foolish, vide Dull.

Bucco, blennus, fungus, fatuus.

Parum animo valuit. Nos cucurbitae caput non habemus.

Vervecum in patria, crassóque sub aëre nati. Arietinas habent mentes.

Buccones

Buccones ac blitei homines. Marmucini. Ea persuasione sideràti.

In this World.

Sub eodem cœli fornice. In eâdem terræ pilâ, fæce. In universâ rerum naturâ. Quicunque hujus molis circumscriptione continemur. In vasto hoc mundi agro, theatro.

To wax Worse.

Inclinare. Pessum ire. In deterius vergere. In pejus labi.

Wretched, vide Adversity.

Quis tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato & in pœnam genitus? qui unquam adiit templum Fortunæ respicientis.

Ego igitur ærumnatus, deartuatus sum, miser. Deformatus ærumnis.

Ad inimicorum usque dolorum devenustatus, & à rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauseantis exputus. Miseranda vel hosti.

Fortunæ telis expositus; afflictus; percellsus. Adversâ fortunâ oppressus. Omnes fortunæ dimicationes subire. Coopertus miseriis.

Quem neque jam servare Salus, si velit, potest. Fortunæ discrimina.

To Write.

Literis prodere, illustrare. Styli officio designare. Annalium monumentis consecrare. Commentariis prodere.

Literis suis incidunt. Literarum mandare monumentis.

Ut hoc inter nos epistolarum commercium frequentemus.

Notiora sunt quàm ut stylo egeant. Stylo expressum.

Cerebrum omne per calamum instar chymicorum distillant in chartas.

to Write at large, vide Matter.

Fuso, uberiore rationis filo retexere. Fusiùs commemorare.

In cujus laudes ampliſſimas, tanquam in Oceanum aliquem descendi.

Decennali prælectione, atque tricubitalibus annotamentis inculcans.

Luxuriare orationis ubertate. Pleno jam satis alveo fluit.

Longas contexit orationis lacinias. Multas posceret clepsydras.

Youth, vide of full Age.

PHRA-

-ARIA

PHRASES POETICÆ.

A

Adulator.

Ollaris amicus. Vilis adulator picto jacet ebrius ostro.

Ædificia valida.

Cyclopum firmata manu. Stant ardua ferro Mœnia. Ferrati postes. Immensáque nectit Claustra chalybs.

Æolus.

Euros qui furiat, Corósque in prælia.

Aër.

Campíque liquentis aëris.

Affectus.

Quod si non omnem pepulisti pectore matrem.
Inhospitalem Caucasum mente indue.
Indue mente patrem.

Alexander.

Spurius Hammonis. Felix prædo terrarum.
Pellæi proles vesana Philippi. Pellæus juvenis.

Amœnitas.

Pratorum viva voluptas, Ingenio variata suo.

Prata micant Zephyro contenta colono.

Amens.

Cerritus. Furiali percitus œstro.

Amor.

Damnisque suis incendia nutrit.
Illi sis similis quem frigida torruit unda.
Hoc monstrum non ales edax, non labile saxum, Non axis torquens, non mendax vicerit unda.

Amator.

Veneris cliens.
Cui cæcus telis transfixit corda Cupido.

Antrum.

Opaca quies, vacuisque silentia servat Horror, & exclusæ pallet mala lucis imago.

Annus novus.

Infans annus in sua terga redit. Orbis anni annuus, atque in se volvitur annus.
Venit ad extremum taciti pes lubricus anni,
Inque novo properat ponere calle gradum.
Annus confecit metæ spacia ultima, cursus
Jámque novo gaudet carcere posse frui.
Torserat astrivagum pacta in vestigia Phœbum Annua mobilitas bissenos passa labores.
Sol ipse quadrigis Vere coronatis dignum tibi præparat annum.
Novi magnam spem seminat anni.

Anguis.

Anguis cui rutilum squammis intermicat aurum.

Apes.

Dædala Cecropii gens operosa favi,
Rorilegæ puellæ, volucres. Castæ floriferi ruris hospitæ.
Mellificæ volucres turmæ. Hyblæi Quirites.

Mellifici hortorum redolentium coloni, cives, incolæ. Melliser exercitus.
Gens divino ebria rore. Respub. florilegæ. Luditque favis emissa juventus.
Tecta Mimalloneis implentes dædala bombis.
Mellis parca parens, & alumna virentis Hymetti. Progenies Hyblæ.
Stipatrix Dædala mellis, Hyblæa juventus. Populatrix ales Hymetti
Tauri filia. Melliser electis exercitus obstrepit herbis.
Gens florigera stipat cereis nectar thecis. Gens cœlesti ebria rore.

Aqua.

Virgo lympha Acheloïa pocula. Unde leves alæ Nymphis? de aquæ-ductibus.

Aquila.

Regina Volucrum. Præceps hiulci fulminis satelles.
Jovis armiger. Fulminis minister: ales.
Volucrúmq; potens & fulminis hæres, Gesturus summo tela trisulca Jovi.

Arbor.

Hospita qua placidos explicat umbra sinus.
Filia sylvæ. Vernat abies procera, cupressus Flebilis, interpres laurus, Vaga pinus, oliva Concilians, cornus bellatrix, fraxinus audax, Stat vitis conjux ulmus, nunquamque senescens Cantatrix buxus.

Arma, vide Tela.

7. Artes liberales.

Cycli septemplicis artes. Quem Musæ, Charitúmq; sororum Ternio multijugis doctum polière per artes.

Aromata.

Ver Arabum, & miſto Cynareïa germina amomo.
Multi meſſor odoris Arabs.

Avaritia.

Amor inſatiatus habendi. Improba habendi ingluvies.
Cruciati cordis hirudo.

Avarus.

In voto divite vivit inops. Felix atque miſer, dives inopſque ſimul.
Congeſto pauper in auro. Inter opes mendicus opum.
Inopem quem copia fecit. Æratis curis obnoxius.
Non orbita Solis, Non illum natura capit.
Qui tenebris damnavit opes. Talpa, niger & cæcus.

Aves.

Æthereæ cives. Sylvarum, aëris Quirites. Gens obſita plumis.
Cœlivagæ, plumigeræ cohortes.
Nec alumna nemoris illa concentu leves Mulcebat auras.
Nubes pennata coruſcat.

Aurum.

Incluſum ſtrangulat arca Jovem.
Danaës imber. Jupiter auripluus. Tempeſtas pretioſa Tagi.
Clauſum poſſidet arca Jovem, Nec fulvi dives arena Tagi.
Stagna rubentis aurea Pactoli. Laxet rutilos tibi Lydia fontes.
Thura Sabæa, Midæ fluvios, & vellera Serum.
Sive diurnum Rutili Phœbi Luceat aurum; ſeu nocturnum Phœbes nivia Micet argentum.
Tua copia vincit Fontem Hermi, tactúmque Midæ pluviáſque Tonantis.
Aurum Atlantei lucida concha vadi.

B

Aurora, *Vide Oriens.*

Diei infantia. Impulit Ionios præmisso lumine fluctus
Nondum pura dies; tremulis vibravit in undis Ardor, & errantes ludunt per cærula flamina. Premit astra dies, humilisque ex æquore Titan Rorantes evolvit equos: Anhelantes.
Jamque purpureis natans Aurora bigis claustra reserabat poli, & ore roseum tota spirabat diem.
Aurora crocei currus. Aurea frena.

Autumnus.

Anni viridis ætas.

B

Bacchus.

PRoles *fulminis improbi. Rubicundæ consitor uvæ.*

Balsama.

Gemmatis balsama Effudere cadis, duro quæ saucius ungue Niliacus pingui desudat vulnere corte x. Cynareïa germina.

Bellum.

Immanis bellua bellum. Belli furialis Enyo.
Cum tristis Enyo Sævit, & horrendo bacchatur torva flagello.
undantes effuso sanguine campi.

Bootes.

Hyperboreæ genialis portitor ursæ.

B

Boreas

Sythicæ bacchantur in aëre buccæ. Rigidus satelles hyemis.

Arctoo Sythicæ cùm spirant cardine buccæ.

Strimonii rabies fremebunda tyranni. Boreæ penetrabile frigus adurit.

Ursa fremit terris & fremit ursa polo. Et Scythicis sol exul agris.

Ismarióque riget Bistonis ora gelu. Quæque sub Arctoo rigent Jove.

C

Cæsar.

Jupiter Ausonius, Latialis.

Caseus.

Nivei concreta coagula lactis.

Cerberus.

Furvique servat atriensis Tartari latrator. Turbidus Orci janitor.

Nec Phlegetontæi fellea spuma canis.

Ceres.

Alma Ceres frugum genitrix.

Chaos.

Veterem qua lege tumultum Discrevit Natura Parens.

Charon.

Umbriferæ sulcator pallidus undæ: Porthmeus.

Chrystallus.

Solibus indutum glacies Alpina rigorem.
Sumebat nimio jam pretiosa gelu.

Cœlum.

Niveæ lactea regna viæ.

Plaga ætherea. Freta cærula cœli. Sacraria cœli.

Astrifer

Astriferi tabulata nitentia templi. Picti laquearia cœli.

Picti plaga lactea cœli. Stellantis regia cœli. Cærula templa poli.

Pulchra theatra. Cœli stellata auratáque Tempe.

Fulmineámque domum. Siderei colles; Divûm fulgentia templa, aureaque innumerâ tecta coruſca face, Elyſium æterni veris, Miiique perennis, Liliaquod pingunt perpetuæque roſæ. Stellata domus.

Nec illa ſignis picta teſtudo poli. Circinantis poli.

Colonus vel foſſor metallorum.

Exercens viſcera matris.

Coma.

Capitis nives, flores. Bracteata cæſaries immerſa Coſmi aheno.

Nodavitque adamante comas. Libertatem comarum frænavit.

Coma colla flagellat. Intonſæ nubes capilli.

Cujus olet toto pinguis coma Marcoliano. Indociles errant comæ.

Sine lege comæ. Impexos certo domat ordine crines.

Crine umbrante humeros. Cycnæis pinguntur tempora plumis.

Intonſus crinis niveâ cervice fluebat.

Tam ſubitò corvus qui modo cygnus erat. Non omnes fallis, ſcit te Proſerpina canum, Perſonam capiti detrahet illa tuo.

Comœdia.

Plautinam olent molam.

Conſcientia.

Tempeſtas veſana animi. Pœnámque luit formidine pœnæ.

Invigilant animo ſceleríque parata Supplicia. Exercent curæ.

Aſſiduis circumvolat alis Sæva dies animi. Animo ſua regnat Erinnys.

C

Corona.

Vincla rosarum.

Crocus.

Cincinnati mollia fila croci.

Curæ.

Carnifices tetrici pectoris excubiæ. Curarum stimuli, asperi morsus.
Dira Prometheâ laniantur corda volucri.
Removens soporem, mordens medullas curæ
Huc illuc curarum fluctuat æstu. Excute mordaces spinoso pectore curas.
Pectoris umbræ, nox. Cruciati cordis hirudo. Curas jugulare Falerno.

Cupido.

Teliferille puer, letiferille puer. Ille sagittiferâ qui valet arte puer.

Currus.

Pars curru vecta superbo Aëreum suspendit iter.

Cygnus.

Ledæ adulter.
Cygnus præcentor funeris ipse sui.

D

Dæmon.

Nigrantum verna.

Deus.

Consul summus- Rex stellantis Olympi.
Astriferos qui circinat orbes.

D

Dies.

Sive diurnum Rutili Phœbi luceat aurum; seu nocturnum Phœbes niveæ micet argentum.

Diogenes.

Versatilis incola cellæ. Parvi tecti, dolii magnus habitator.

Dissimulatio.

Pictæ tectoria linguæ.

Divitiæ.

Ganges circumsonat undâ divite, & auratas Pactolus arenas evomit in cistas. Aræ nummorum, columnæ.

Fluxu rerum quem copia dives inundat, vel inaurat.

Clausaq; Mygdonias arca flagellat opes. Cujus inexhaustas, &c.

Dolor.

Dolor infans. Sublime caput mœstissima nubes asperat.

Infelix animi morbus, dolor. Improba paulùm Cedit hyems mentis.

Hoc turbida mentis nubia discutiet.

Durus. Immitis. Sævus. Crudelis.

Mediâ erutus Ossâ, cuique riget medio Caspia corde silex.

Sipyli cautes. Sed duris genuit te cautibus horrens, Caucasus, Hyrcanæque admôrunt ubera Tigres.

Promcthco pectus excisum jugo.

Tum rigidos silices solidúmve in pectore ferrum gerit adamanta.

Adamante rigentes in corde tumultus. Marpesia cautes.

O mites Diomedis equi! Busiridis aræ clementes!

Jam Sylla pius, jam. Nec si concurrat in unum
Vis Hydræ, Syllæque fames & flamma Chimæræ.

Ebur.

Indicum cornu, Tiburtini gloria montis ebur.
Nitor erigit Indus fastigia.

Eccho.

Aëris & linguæ filia. Filia vallis. Jocosa montis imago.
Resona vox, resultans. Vocis cauda.
Extrema ludit quæ vocis imagine Nimpha.

Eclipsis solis.

Sol atra prætexit ferrugine frontem. Piceo se tegit amictu.
Soror Phœbo fratri lucem intercipit.

Eclipsis lunæ.

Obscuris luna laborat equis. Tristior lunæ caput umbra involvit.
Laborantis sunt mœstæ silentia lunæ.
Lunâq; terrenâ nocte gravata tremit.
Territat assiduus Lunæ labor, atráq; Phœbe Noctibus horrisonas crebris ululata per urbes.

Electrum.

Heliadum gemmæ, crustæ, lacrymæ.
Quod succinorum rapta de manu gleba.
Ex Phaetontiadum cortice gutta fluens,
Et latet & lucet gutta Phaetontide clausa.

Elementa.

Incanduit æther: Egit flamma polum: fluxit mare: terra pependit.

Elephas.

Fera dente ad mortes pretiosa suas.

F

Equus.

Cornipedes fulvum qui manditis aurum. Admissus calce fatigat Cornipedem.

Jugales, quorum Impetus excessit Zephyros, candôrque pruinas.

Qui candore nives antirent, cursibus auras.

Sub juga ferrea mittit Cornipedes, rigidísque docet servire lupatis.

Erubescere.

Fundit ab ore rosas. Infecit purpura vultus, Perliquidas succensa genas, castique pudoris illuxêre faces, non sic decus ardet eburnum Lydia.

Lydia, Sydonio quod fœmina tinxerat ostro.

Tenerum jam pronuba flamma pudorem Sollicitat.

Mellea purpureum depromunt ora ruborem. Puniceus micat oris honos.

Niveas infecerat igne Sólque pudórque genas. Purpurat ora pudor.

F

Fabula.

Variæ discors filia linguæ, dissensáque altrix.

Facundia.

Suadæ ros, medulla. Arpinæ fulmina Suadæ Vibrat. Romani pura medulla salis. Sirena Arpinas. Tullia Peitho.

Ars cui nominis ortus profluit fluidis undis.

Phœbi soboles rubricis ad ubera Suadæ Pieriis educta fatis.

Nectarcóque thymo, sparsísque papavere dictis.

Fama.

Nigrantes succincta paveribus alas. Fama susurrat.

Ingenio,

Ingenio, genio calamique vigore fidaque Æternam famæ meruisse columnam. Attingere famâ Solis utramque domum.

Et procul à cæcis infamia sibilat antris.

Nescia perpetuæ mortis. Quod famæ denigrat honorem.

Jam fama loquacibus alis pervolat Oceanum.

Fames.

Ardor edendi. Flamma gulæ. Rabies ventris stimulans.

Furor ventris. Stomachus latrans. mortis alumna fames.

Et vires depasta fames.

Fata.

Nil dura sororum Licia, nil superi peccant.

Has leges adamante notavit.

Adamantina jura sororum.

Favi.

Cerea castra. Dædala tecta.

Fertilis.

Nobile sumen agri. Ad segetes ingeniosus ager. ubere glebæ, vini.

Messibus undantes campi.

Flores.

Zephyri familia, famuli, municipes, colonia, filioli.

Chloridos, aut Floræ dentia pignora. Terrea sydera. Copia narium omnis.

Camporum oculi. Veris opes atque inclyta germina. Camporum crines.

Lascivia florum. Largósque rosarum imbres, & violas plenis sparsere pharetris, collectas Veneris prato, quibus ipse pepercit Sirius & teneras clementi sydere fovit. Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro Indicit, & violas dulci ferrugine pingit. Veris opes volucres, delicia que breves. Omnigena

Maii pluma, omnigenique colores. Et multa in gremio florea messis erat.
Ferruginea violarum nube corona Nectantur.
Ut tessellato cum syrmate Flora superbit. Prata susurranti bombalione rotat. Et fusci violis campi.
Invidet Hyblæis oculatus Olympus ocellis, syderibúsque soli sidera clara poli.
Pallentes violas, immortalesque amaranthos, Aureolas calthæque comas, & lilia florum Reges, reginásque rosas, & mollia carpunt texta croci.
Albáque Narcissi, flaváque texta croci. Stellantes variè campos. Varii florum ridentium chori.
Flores adulti. Flosculi puberes.
Hic Euri Zephiríque jocos, hic bella Favoni, Æstatisque domos & veris regna videres.
Non in foliis fulgurat aurum, Non coccineos Flora capillos interfuso corrigit ostro, non cæruleis variat maculis, non formoso dividit igne.
Et tinctus moro Maurus, ferrugine Iberus.
Et tinctus violâ Sarmata, Belga rosâ.

Fluvius.

Inexplicitosque recurrit & errat in orbes.
An struit in crispis fons labyrinthon aquis?
Ubi rivus inter saxa crepitanti sono Serpebat, humilem vallis ornabat torum, Qua mollis unda argenteo errabat pede.
Torrens undis fluvialibus auctus.
Inter lapillos trepidare laborat.

Forma.

Superba genarum gratia. Cognataque rosis genæ micantes.
Venerem cœlesti corpore vincit. Non labra rosæ, non colla pruinæ, Non crines æquant violæ, non lumina flammæ. Superbi flammeus oris honos.
Sic pingit alma candidas Hebe genas.

Niveo

Niveo natat ignis in ore Purpureus fulvoque nitet coma gratior auro.
Vernant ora serena rosis. Os cui lac & purpura tinxit.
Et non cessura pruinis Membra. Argento sint facta manus.
Ambrosio tibi purpura vernat in ore, & vincunt Geticas lactea colla comas.
Æmula labra rosis. Invidet & manibus nix Rhodopeia tuis.
Nuda humeros, exerta sinus, totóque dieſcit Ore.
Vincit ebur, violasque, nivesque, rosásque.
Gena candida byssum Æquat, dextra nivem, dens lilia, colla ligustrum.
Quis ille varius rutilat in vultu color.
Facies roseo niveóque colore mista. Fulget ebur veluti Tyrio quod tinxerit ostro Maonis, aut Paphiis lilia mista rosis.
ut si quis, ornet, arte curiosâ, Corallinis eburna signa baccis.

Fortis.

Prodigus altæ animæ. Pectoris arma gerens.
In quem manca ruit fortuna.

Fortunâ prosperâ uti.

Ducere tranquillo candida vela salo. Felix invidiâ vel testa.
Gallinæ filius albæ. Ridet vultu fortuna sereno Albus fortunæ pullus.
Nati melioribus astris. Tormentum invidiæ.
Adspirat velis aura secunda datis. Cum rota fortunæ sincero currit in axe.
Hunc Fortuna delicato fovens sinu. Perrenne dulce marcido pluit nectar.
Et delibutum gaudio ambrosia cibat.
Fortunâ tenues virtute extendere pennas.
Doluit fortuna minorem, Se confessa viro.

Fraxinus.

Infando sanguine belli ebria.. Infandos belli potura cruores.

Frigus.

Cella In qua nec Boreas ipse manere velit.
Qui rigent sub arctico Aquilonioque Jove.
Multi, ceu Gorgone visâ, Diriguere gelu.
Qui pigri flabra Bootæ Sub Dio Riphæa tulit.

Fulmen.

Fulminis alæ. Dextrâ Jovis rubens coruscat.
Cui præpes ala Fulminis diri, tonitrúsque rauci Magna vox servit.
Flammeus imber. Tela & saxa Deorum.
Si reboent fracto displosa tonitrua cœlo.
Ictu boat arduus æther.
Stelligeríque crepant armamentaria cœli.

Furiæ.

Stygiæ canes. Torva quibus lambunt crinales ora ceraſtæ.
Heu animi infelix, quæ te furiavit Erinnys?
Crinitáque sontibus hydris Tisiphone. Sceleris ultrices deæ.
Quæ te torquata flagellat Anguibus Alecto? Quæ Dea noctis agit?
Illa ubi cæruleo vestes connexuit angue. Nodavítque adamante comas.
Æternâ damnatum nocte Oedipodem tamen assiduis circumvolat alis. Sæva dies animi, scelerumque in pectore cura.

Funus Exequiæ.

Infelix funeris obsequium. Triste ministerium.
Limina cupressus feriali perstruit umbrâ.
Funercáque animat taxus iniqua faces.

Furor, *vide* Insanus.

In se semper armatus furor.

Gallus.

PRænuncius Auroræ. Præscia solis avis. Præco diei. Cristatus ales.

Ganimedes.

Jovis catamitus. Sangarius ephœbus.

Gelu.

Torpet ubi lento terra ligata gelu. Indurat trepidantes frigore lymphas.

Gemma.

Ignes Sidonii rubri pne maris, germina picta freti.
Luc ini filia concha vidi. Erythæi quas evomit ira profundi
Ignis radians gemmæ. Germina rubri maris. Germina divitis algæ.
Rubri munera ponti. Te lapis Indus habet, candent tibi divitis algæ.
Germina & auri cræ fulgor Iberus aquæ.
Unio Erythræo dos opulenta mari.

Glacies.

Filia Lymphæ in matrem conversa suam. Undarum stupor.
Coit unda gelu. Frænat hyems glacie cursus aquarum. Vitrei vultus freti.
Neptunum gelidæ stringunt post terga catenæ.
Pigráque concretis flumina frænat aquis.
Lucida concretis ludit Chrystallus in undis.
Unda gelu torpet, nunc æquora callent.

Gladius.

Iræ minister ensis.

Gloria.

Fax mentis honestæ.

G

Gloria inanis.

Inflammat laudis anhela fitis. Quos lactat famæ fames.
Procatur fama secundo Calcar indolis bonæ.
Dementis adultera gloria vulgi. Cretata ambitio.

Grando.

Saxeus imber. Et lapidum duras hyemes. Lapidosus gradinis imber.

Gratiæ.

Charitum jucunda trias. Chariteia tria.

Grates.

Tibi dignas persolvere grates. Non ipsæ Charites possunt.

H

Heroes.

CElsa Tonantis germina. Sic pignora cœli.
Crescentésque Deos in syrtes cogis?

Hesperus.

Auratæ Veneris qui præsidet aulæ.

Histrix.

Stat corpore toto sylva minax jaculisque rigens in prælia crescit Picturata seges. Fert omnia secum, se pharetra, sese jaculo, sese utitur arcu.

Honor, & Honoratus.

Palmaris adorea. Mactare honore caput.
Quem genus eximium & honoribus ebria virtus Nobilitat. Flos nobilis.

Poste-

Posteritas statuam tibi ponet & aram, Ad quam perpetuo thure litabit Honor.
Centum hîc immanes solida de laude columnæ Indomitâ virtute super librantur.

Hyems.

Anni senectus. Penetrabile frigus adurit. Quæ tumidis Aquilonibus asperat undas. Pratorum spoliatur honos.
Hyémsque Scythicâ conspuit campos nive.
Inversum contristat Aquarius annum.
Lanifico depectit hyems sua vellera nymbo.
Et niveâ algentem vestit humum tunicâ, syrmate.
Sit quæ frondosâ spoliat nemus omne lacerna,
Damna brevi è lanâ justa refarcit hyems.

I

Icarus.

DEcus ô quàm nobile læti? Sol cui pro telo, mors Deus, urna salum.

Immortalis.

Æternitati debitos, cœli cives. Cœlo beat. Asserit orco.
Quæ rogis triumphatis Post fata nobis alteram dabunt vitam & meliorem.

Ingenium.

Vivida vis animi.
Militat ingenio labor.

India.

Per rubentem & Sole & auro Periiam.

Insanus.

Cui Anticyra opus est. Elleboro jugere. Naviget ad regna Malampodii. Anticyrásque bibit totas.

Invidia.

Echidnæ Filia. Nigro livent præcordia tabo. Rabies timoris

timoris acerbi.
Ægra lætis. Invidias & lætis adnubilat aspera rebus.

Ira.

Undantes spumas furialibus iræ. Ira parens odii.
Vibratáque flamma medullis. In vultus atque ora redit.
Animique ebullit Erinnys, In caput, inque oculos.
Aspicit hunc oculis quos ira tremendos Fecerat.
Eructátque minas, & spirat naribus ignem.

Iris.

Filia nubis imbre crepat. Cincta nimbis Thaumantias.
Nimborum fulva creatrix. Illa colorato Zephyris illapsa volatu.
Picta triumphalem Sol nubila innat in arcum.

Jupiter.

Non frustrà dictus bos, ovis, imber, olor,
Qui tauro Europen, Danaen deceperat auro.
Atque Deum niveâ dissimularat ave.

Juventus.

Primæ lanuginis umbra. Et barbæ est aurea vestis.
Dum roseis venit umbra genis.

L

Labia.

Purpureæ labiorum fores. Valvæ coralinæ.

Labyrinthus.

Incertas ſylvas, & inextricabile ſeptum.
Errantesque vias, Dædala tecta ſubis.
Hoc minus ars errat, quo magis errat opus.

Lac.

Niveum Nectar.

Lacryma.

Doloris filia. Liquidæ gemmæ. Guttæ gemmeæ.
Mille cadunt oculis nubéſque imbréſque doloris.
Tepidis niveos perpluit imbre ſinus.
Contra. *Sicci oculi, marmorei. Siccoculum genus.*

Laurus.

Innuba Phœbi arbor. Semper Gorgoneo jugo viveſcens,
Laurus virgineâ ſuperba fronte. Parnaſſia vellera.

Leander.

Phrixei contemptor Ephœbus Æquoris.

Letitiæ. Letus dies.

Aſſyrio crinis pingueſcit amomo.
Sparge diem meliore comâ. Creſsâne careat pulchra dies notâ.
Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. Calculo.
Signa candido, niveo, Erithræo, lapillo, gemmâ.
Thura date, atque omnes violæ jactate colores.
Solvantur habenti gaudia. Et vox lætitiæ teſtis in aſtra ſonet.

Leo.

Sylvarum rex. Nemorum tyrannus, Ferarum princeps.
Vt leo concutiens nervoſæ verbera caudæ.

Fulget

L

Fulget Maſſyliæ gloria torva jubæ
Cui vibrant oculi perque horrida colla per armos.
Aurea lunatæ fluctuat unda jubæ.
Getula proles.

Li'eri.

Speſq; metuſq; parentum. Pignora amoris. Certa cura, ſolamen incertum.

Lilium.

Liliáque intactâ candidiora nive. Hyperboreas ſuperans candore pruinas.
Lilia Biſtoniæ rorantia lacte Minervæ.
Rex florum. Lacteæ liliorum nives. Caſtitatis emblemate inſignia.
Liliáque rorantia lacte. Lacteolo rident vultu & pandunt cygneas lilia plumas. Lilia virginei nobilitata comis.
Lilia ſiqua cavo ver tornat eburna quaſillo.
Vermiculátque auro Dædala Flora ſuo.
Veris ebur. Vernam lilia crede nivem.
Florum candidati lilia. Stellatus ordo nivibus.

Lingua.

Plectra loquacia linguæ. Moduli linguæ.

Luna.

Siderei regina chori. Intonſi germana ephœbi.
Aſtrorum regina. Lunare jubar. Nocturnus Argus.
Cœlibe Luna micans oculo pernoctat. Cœleſtis Pharos.
Seu nocturnum Phœbes niveæ micet argentum.
Noctivagóſque refert lutea mater equos.

Lupa.

Rara mater Romuli, Remíque ſpurca nutrix.

Lux

Lux.

Lux ſolis comes. Et conjux & filia ſolis

Luxurioſus. Luxus.

Qui ventrem invitat precio. Venereus nepotulus.
Decoctrix turba nepotum. Eruditum palatum.
Ad cyathos mea ſic oculata gula eſt. Gulæ proceres.
Ventris alumnus.
Trojanus porcus, nepos Apicii, Lapithæq; ſueſque, bibaces.
Creſcit enim damnis ambitioſa ſuis, Luxurics.
Atque atria marmor Migdonium veſtit.
Sub pedibus calcatur onyx.

Luxus in ornatu.

Aſperat Indus Velamenta lapis, pretioſáque fila Smaragdis.
Ducta virent, amethyſtus ineſt, & fulgor Iberus.
Temperat arcanis Hyacinthi cærula flammis.
Ambitioſa colus, viridiq; anguſtat iaſpide pectus.
Laxumq: coercens mordet gemma ſinum.
Pinxit acu Babylon florentes murice veſtes.
Perpetuumq; tibi ver ſine vere dedit, ſerit.
Textilis auratas animat pictura lucernæ
Et poto conchæ ſanguine læua rubet.
Et nebulâ & vitreo peplo mentiris amictum. Et latet & lucet.
Syndon oculatior Argo.

Lyra.

Fila canora tremunt, digitoq; animata loquaci Dulce canunt: criſpo pectine mella fluunt.
Increpat auratæ pectine fila lyræ. Diis genitus cytharáque Deus.

M

Magnes.

Gemma ferri conjux. Ferrúmque tenetur.
Illecebris, rigido regnant in marmore flammæ.
Juncta Venus Marti.

Manus.

Argento fiat facta manus.

Mare.

Crispata torcumata ponti. Nerei viscera. Campi salis.
Tridentiferi spumantia dorsa tyranni. Aquorei Jovis aula.
Tethyos gremium. Solis anheli cubile. Hinc latrat Getula Thetis.
Undisonas aeies, Aoliásque rotas.
Cum pendula fronte Cæruleum tumidi caperavit ruga profundi.
Ubi sævo turgent Neptunia fastu Regna.

Mel.

Cecropium nectar. Spirantis fulva metalli favi.
Matutina bibunt roranti ex æthere mella. Reliquias Divum.
Aristæos latices.

Metus.

Dira parens odii metus.

Mendicus.

Dirus de ponte satelles. Atrato miseram pane cibare famem.
Mendicare inopis vilia scruta cibi.

Meridies.

Medius Titan venientis & altæ Noctis erat, spacióque pari distabat utrinque. Cum Sol ex æquo metâ distabat utrâque.
Tenebat alto Phœbus æquales polo sublime currus ætheris anhelans iter.
Mediúmque spectans pendula Mundum face.

Quando

Quando dies medius tenues contraxerat umbras, in pari ſpacio veſper & ortus erant. Parem Binas ſecabat Phœbus in partes diem.

Miles.

Generoſi Martis alumni. Germana Bellona ſoboles. Fortia bello pectora.
Bello vivida virtus. Belli fulmina.

Mons.

Irrumpit audaci nubila ſaxo, Dedignánſque ſolum ſidera lambit Athos.
Septem qui vertice fulcit Triones, Carpatus & Rhodope columna cœli.
Per inania rerum Oſſa gigantæo territat aſtra jugo.
Quod capite attigui pulſat contermina, confinia cœli.

Mors.

Teſta pares fecit. Nox æterna. Vitæ meta. Luſca Tyranna.
Carnifex vitæ. Mors homicida. Mortis lex adamantina.
Noctis germana profundæ. Pallere videres ora, genas, animúmque mori.

Muſæ.

Terna trias. Sacri collis alumna.
Facit enthea turba ſororum. Pegaſeam Muſa miniſtrat aquam.
Per quas fluit aurea lympha cabalki Gorgones.
In Aoniis deſudat turba palæſtris.
Vos amaranthæis redimitæ tempora ſertis Sollicitate chelyn.

N

Narcissus.

Ipse sibi in mediis qui fuit ignis aquis.
Quem frigida terruit unda, Fraus & imaginea quæ mala lusit aquæ.

Navis.

Filia sylvæ. Pinea tecta, texta. Lignea castra.
Velivolas pelagi per cærula currere silvis. Implumi adremigat alâ.
Diurateus equus. Equo ligneo per vias cæruleas vecti. ἁλὸς ἵππος.
Qui dorsa immania Ponti sulcat & arato Nerea dente premit.

Nauta.

Auriga pelagi,

Nidus.

Tecta larésque avium, cunabula. Nidus opus luteus.

Niger.

Tinctus. Pictus ferrugine. Piceâ nocte pressum.

Nilus.

Sive teste creatus, Flumina profundens alieni conscia cœli.

Niobe.

Jam vivit Niobe sibi posthuma, saxea leti Filia & humenti marmore docta queri. Sipyli cautes.

Nix.

Lacitarum vellus aquarum. Plumeus imber. Lactea pluma nivis.
Nix ludit ab æthere puræ floccorum nimbis. Nix æmula lanæ.
Qui siccis lascivit aquis. Cum plumea vellera torquens Siccus concreto Jupiter imbre ruit. Intacti nivium flocci. Spumâ Jovis omnia tecta.

N

Nobilitas. Nobilis.

Naturæ nobile germen. Generosus stirpis alumnus.
Sanguis ductus ab æthere. Cœlo cognatus. Affinis.
Demissum scire Jovis genus.

Nox.

Cui neque temo piger, nec amico sidere monstrat Lunâ viam medio cœli pelagique tumultu.
Jam sidera cœlum Deseruêre suum.
Nocturnus Argus. Stellantes nox picti gnus. Redimita papavera frontem.
Acherontis conjux. Eumenidum mater. Siderum nutrix.
Mœsta in piceâ stat domus alta togâ.
Antipodas roseis Matuta quadrigis Lustravit, nostrumque diem transcripsit ad Indos.
Cum solito Vesper stellas accendit in auro.
Cæruleâ in tunicâ quoties nox fulget ad æthram.
Pallida nulla tegunt vela volantis aquæ.
Lampadii sed enim campi, qui sidera pascunt,
Phosphoreas promunt cœli vagâsque pharos.
Solis ab occasu redivivi Solis adortum.
Mœsta sed in piceâ stat domu salta togâ.
Et vigiles Lunas & duros ducere Soles. Meridies vectis, i. nox concubia.

Nubes.

Nil fascia nigra minatur.
Pensiles thermæ Jovis, terram rigantes.

O

Occidens.

Proximus Hesperias Titan abiturus in undas, Gemmea purpureis cùm juga demete quis.
Emeritos tingens sero æquore currus.
Humilemq; soporat Decrepitus Titana dies, & anhela sub undas
Admittunt radios Atlantica littora fessos. Qui Sol perit æquore.
Quodcunque rubescit Occasu, quodunque dies devectio ambit.
Ubi lassis, vel emeritis Sol juga demit equis.

Ociosus.

Otia sedulitas damnat residemque Vacuam.
Ignava quies effœminat artus.
Pigræ inista Vacinæ. Torpere veterno.
Qui desidè vitâ corporis infamat grandia membra sui.

Oculi.

Vigiles sub fronte ministri. Sideribus certant oculi.
Candida sidereis ardescunt lumina flammis.
Capitis sidera bina, geminæ faces. Lucis orbes.

Odor.

Flammâ lucos adolere Sabæâ. Fracti phœnicis odores.

Oliva.

Fluctuat & glauca pinguis oliva comâ.

Oscula.

Quintâ parte Dionæi nectaris imbuta. Labra ligant animos.

O

Oriens, *vide* Aurora.

Cunabula Solis, Prima dies, oriens orbis, cunabula Phœbi.
Cùm purpuram dies sumit, cùm vesper ponit.
Qua Sol recenti se reficit satu. ubi primo pallescunt sidera Sole.
Trithoni ad thalamos, aut seræ littora Calpes.
Sol Eois rediviuus equis.
Sol ubi Memnonios propior ferruginat Indos.
Et terram instanti purpurat igne polus.

Orpheus, *vide* Lyra.

Te si fama silet vel saxa loquentur et orni, Queis dedit ars aures, & dabit ora chelis. Dulci traxisse chely Dicitur infernum, flumina, saxa, feras.

Orbis partes.

Hic matutinos Seres, serum ille Matinum, Hic Boream medium visitat ille diem. Et per flammivomi solis utramque domum.

P

Pampinus.

Acclivis florum cumulo crispatur opaco
Pampinus, & vitem sudantem ventilat uuis.

Pallor.

Heu quantus mihi corde dolor, quantúsque sedebat Ore cinis?
Veniet cùm pallida buxus in ora. Et tinctus violâ pallor amantium.
Viola. Et consanguineus studii pallor.

Parce

Parcæ, vide Fata.

Quæ trahunt vitalia ſtamina curſu.
Staminis albi Lanificæ. Penſa manu ducunt hilares.
Quæ diſpenſant mortalia fata ſorores.
Lubrica nigro pollice fila trahunt. Tetricæ Deæ, fatidicæ.

Paris.

Temerarius arbiter Idæ. Fatalis Idæ judex.

Parthus.

Converſis animoſus equis. Qui trepidos hoſtes dum fugit, ipſe fugat.
Ducens ab inguine ferrum.

Pauper.

Pater eſuriei. Poſſidet in parvâ quæ bona pauca casâ.
Sit ramoſa domus ſylvis, ſint pocula lymphæ.
Straminеuſq; torus, gramineuſq; cibus.

Pavo.

Gemmei pavones. Sidereas Junonis aves.
Addubito, gemmas, Argi an mage mirer ocellos; An ver pennarum diſcolor, anne roſam: An mage tot ſtellas: potius mirabor Eoi Ad radios Irin quam ſine nube faces.

Pax.

In falcem curvat gladios. Ocia ferri. Pacis ſenecta.
Cote novat nigras rubigine falces.
Tibia pro lituis, & pro clangore tubarum Mella lyræ feſtúmque canant.

Philomela.

Et tremulo modulamina gutture criſpat.
Siren nemoris: cithariſtria ſylvæ. Muſa luci. Daulias ales.
Tacebat Auſter, nec querebatur ſono Philomela dulci frondei ſiren loci.

Phœnix.

Et pater est prolésq; sui. Nunquam totiesque sepultus. Hæres sui.

Vnica semper avis. Sibi post fata superstes. Reparabilis ales.

Cinnameo busto Phœbi se funerat ales, Vitidus ut surgat ipse, nec ipse rogo.

Reparat quæ morte juventam Solis avis.

Pinus.

Sylvarum gloria. Obvia Phœbo.

Piscis

Neptuni squammigerum pecus. Muti greges.

Nerei simum pecus.

Plebs.

Vnda fremit vulgi.

Pluvia.

Præcipitat liquidum machina laxa Jovem.

Deucalconeos si fundat Aquarius imbres.

Pluviæ minæ. Cœli lacrymæ. Plurimus lato descendit Jupiter imbre.

pluto.

Maximæ noctis Arbiter, Vmbrarúmque potens. Infernus Jupiter.

Infera sortitus tertia regna Deus. Saturni tertius hæres.

Poëta.

Sacro percitus æstro, cui totum spirant præcordia Phœbum.

Cui sacram Musa propinat aquam. Melioris corcula musa entbea.

Rex solum aut vates non quovis nascitur anno.

Quibus entbeat ardor Attonitas mentes furiali percitus æstro.

Pompeius.

Piratarum scopulos.

Promethei vel Tityi jecur.

Offæ sine lege renatæ. Centantia viscera pœnis. Fœcundum in penas jecur.

Purpura.

Q

Purpura.

Quæ vellera tantum Ditibus Assyrii spumis fuscantur aheni.
Sidonio decocta veneno, fuco, sanguine. Vivo squalentia murice terga.
Tyrio cospectus in ostro.
Quæque Tyron toties epotavere lacernæ. Picto jacet ebrius ostro.
Sanguis Sidoniæ conchæ. Oe balio ridet lana bis uda cado, saturata.
E toto choncæ sanguine læna rubet.
Vestitur. Prora Tyro, puppisque Tago, nitor erigit Indus Antennam.
Ebria Tyrio murice palla.
Tincta non frustrà rubet Cruore, summos palla quæ vehit duces.
Duplici que crebrò sanguine jubet madere purpuram.

Pueri.

Qui in triviis equitant in arundine longâ,
E sabuloq; solent ædificare casas.
O verne flosculo, Ævi virentis primula purpura, de cuisque lacteum?
Nondum genarum poma rubentia cui crine nigricant.

Q

Quercus.

Nympharum frondosa domus, castúmq; cubile.
Arbor opica Jovis. Prima oracula.

Rabula.

Cerberus fori. Vultur togatus. Rana Ægyptia.

Ratio.

Sana rationis iter. Mentis acumen. Animi vis generosa.
Cœlestis particula auræ.

Reges.

Licet ultima Thule sub ditione tremat.
Terrarum domini quos Marte cadentes Excipiunt.
Indo Bythina cubilia dente. Porphyrogeniti.

Ros.

Argentea roris gemma micat. Pastus nectare ridet ager.
Superum mensis aurora remotis,
Fastidita legit, mistúmque vapore caduco
Ambrosium latè mortalibus impluit ægris.
Matutina bibit roranti ex æthere mella.
Reliquias divûm, liquor irrorans humentes gemmeus herbas;
Concolor argento verides intermicat herbis.
Gutta, verecundis gutta marita rosis.

Rosa.

Regina florum. Alumna Pæsti. Ebria Dionæo nectare, Naiadum osculis educata. Puniceis stellata rosis. Virgo rosa. Pæstani purpura floris.
Ambrosiæque rosæ spirant.
Fluxæque rosæ emblemata vitæ, pudicitiæ delicium Veneris grato rosa sanguine fulget. Punicat virgo rosa. Rosa picta veneno. Invida Sidonis.
Sorentiantes liliis fulgent rosæ. Flos Cypridis. Veris honos.
Gratia Floræ. Ruris ocellus. Purpura verna.
Auroræ soboles.
Quæ purpurat aurum sanguine. Una dies aperit, conficit una dies.

Rubor

Rubor ex verecundiâ.

Candida suffuso flagrabant ora rubore, subrubet ut vernis manè pruina rosis. Niveos infecit purpura vultus. Per liquidas succensa genas, castique pudores Illuxere faces. Non sic decus ardet eburnum Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit ostro.

S

Saccharum.

Ndâ dulces ab arundine succos.
Quósque liquet dulces Indica canna sales.

Sagitta.

Stridula sollicitum vadit arundo caput.

Sapientia & Sapiens.

Acetum in pectore. Pollens animi sapientis acumen.
In quem manca ruit fortuna.
Ille oculis mentis. Cui dux est prævia virtus, & fortuna comes.
Quicquid Democritus risit, dixitque tacendo Pythagoras.

Scylla.

Siculi populatrix virgo profundi, Polonè latrat.
Nunc vorat altæ breves, nunc Scylla regurgitat undas
Nymphæque semicanæ latrantia fugit saxa.
Scyllæorum furgia rauca canum.
Vis Hydræ, Scyllæque fames, & flamma Chimæræ.
Lilibæa vorago, Latratus Siculi, Lybicus tenor, & quod in omni sævit triste mari.

Seges.

Falce laborans. Fluctuat.

Senectus.

Flos ſeri argenteus ævi. Rigíſque ſeveras Perſulcata genas.

Sanguis hebet, niveis caput albicat omne pruinis, perpetuóque hyemat vita ſenecta gelu. Jam mea Cygnæis velantur tempora plumis.

Fit ſubitò cygnus, qui modo corvus erat.

Stulte quid Euboici ſperas tibi pulveris annos?

Quid Pylios ſperas, vitrea bulla dies?

Aureus argento mutatus canuit, diriguitque nive.

Septem Sapientes.

Sapientum Pleias. O térque quatérque beati.

Siren.

Acheloia virgo. Dulce malum. Terror gratus in undis. Monſtrum ſuave máris: Sirenas, hilares navigantium pœnas, Blandáſque mortes gaudiumq; crudele.

Sol, *vide* Dies.

Cyclops diurnus, ætherius. Luſcus geminæ, punicea pater dici.

Genitor dici. Auriga lucis. Ignipedum frenator equorum.

Luſcus punicea Cyclops auriga quadrigæ.

Hyperionis ignea proles. Radii crinitus ephebus.

Promus condúſque diei. Oculus mundi. Aureus ille totius orbis oculus.

Pyne pater. Lucis circitor. Manes ætheris. Dynaſta Phœbus.

Somnus.

Soporæ noctis filius. Conſanguineus leti. Mortis germanus profundæ.

Deniter

Domitor malorum. Frater mortis. Placidissimus Deorum.

Dulce natans oculos udis adverberat alis Somnus; Hyems pectus, nox habet alma caput. Fur oculi somnus invitans ocia, blandum pectoris elusit studium, curásque fefellit. Et consanguineus lethi sopor.

Quum dulcia vincla soporis Fessa sub auroram vinxissent membra.

Superbia.

Hinc tibi ventoso pectora folle tument. Cœlo capita ardua tollens.

Magnidicæ ventosa crepitacula linguæ. Stricta supercilii fulmina.

Gressu moveri, spondæos imitante pedes.

Cui mater opinio, cœcus amor pater est, ambitióque soror.

Stellæ. Sydera.

Ignei fratres. Noctis filii, comites, alumni; cives poli.

Noctivagi Quirites, cœlestes faculæ, Cunabula Tethys præbet, & infantes gremio solatur anhelos, Cæruleusque sinus roseis radiatur alumnis.

Picturato stella serena polo.

Gemmæ floréque cœli Lampadii campi, qui sidera pascunt, Phosphoreas promunt cœlivagásque pyros. O qui per altus ætheris vasti plagas Natare mandas sydera. Consularis ordo stellarum.

Gemmata monilia cœli.

T

Tagus.

Rutilo qui fulgurit igne. Tempestas preciosa Tagi.
Auriflui ripa beata Tagi.

Tantalus.

Cujus subducitur impia labris lympha. Qui sterilem rapit aëra sylvæ.

Taurus.

Cornua cui fruticat lunatæ gloria frontis Asperáque irarum germina & arma tument; asperat in sylvis lunatum robur.
Europæ vector, adulter.

Tela. Arma.

Saxeus imber in hostem Grandinat.
Sulphureásque globorum hyemes vibratá que saxa fulmineo tonitru.
Volitant fumantes sulphure bombi.
Torquet & ignitos ferrea canna globos.
It toto turbida cœlo Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber.
Plumbeus imber. Grando ferrea, strictis horrescens ensibus atra seges.
Nunc grandine saxi, Nunc ferri nimbo, nunc sparsæ fulmine massæ.
Præstringit aëna Lux oculos, nudíque seges Mavortia ferri Ingeminant splendore diem.
Insignia. Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum Colla levant multúsque tumet per nubila serpens Iratus stimulante Noto, vivétque receptis Flatibus, & variomentitur sibila tractu.

Tempestas.

Carpathias equitat cum pater Eurus aquas.
Lonias asperat Eurus aquas. Cuni volvuntur aquarum.

T

Tempus.

Quod cuncta perdit, & primum perit. (Quid non rex falcifer ausit?)

Ipsa sui est tumulus Memphis, & Roma tantúm funeris bustum sui.

Placido consumit numine serpens, Perpetuamque viret squamis, caudámque reducto Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu.

Vita, tempus, annus, hora, sunt pedes Trochaici.

Thus.

Sabæa nubes.

Terra.

Vecta leonijugo mater Berecynthia curru.

Vesta, Dives alumnis. Matrum optima mater.

Torpedo.

Gelidis armata venenis. Nativas hyemes per viscera ducens.

Arctoas hyemes, & cæca papavera ponti.

Abdo sinu, ac celerem frigida vincla necem.

Tonitru, *vide* Fulmen.

Tragœdia.

Queque Sophocleo syrmate Diva tumet. Musa.

V

Venerum.

NOn pota inferni sanies Lethea fluenti, Nec Phlegetontei fellea spuma canis. Novercalis succus. Cerbeream spumam. i. *aconitum.*

Venti, *vide* Zephyrum.

Æolii, Ætnæi fratres, Hippotadæ vulgus, famuli.

Tanta

Tanta est discordia fratrum :
Et fuit Æolii gens tremebunda specus.
Æolon, Astæosque magis bella horrida, fera prælia fratres.
Nimborum pincerna Notus. In cumulum suspendit aquas.

Venus.

Fi'ia spumæ. Flammâ mari genita. Spumâ genita.
choncha per æquoreum quam vaga duxit iter.

Ver.

Flos hiat, herba micat, vernant juga, pullulat arbor.
Rus viret arva nitent, anniique infantia videt.
Jam Zephyrus Boreas quas tulit, addit opes.
Sibilat aura, nemus frondescit, & induit arbor, Purpureamq; togam purpureâmque comam. Sed cum punicei decessit prodromus anni.
Hæc graditur stellata rosis.
Omnis in herbas turget humus. Cùm puer est annus.
Cum sese exertant ridivivo cespite flores.
Omnia cùm rident gramene, flore, comâ.
Veris opes volucres, deliciæque breves.
Lactantia Veris Prima puerperia invitabat Dædala tellus.

Victoria.

Dea palmaris, cygnæis concolor alis.

Vinum.

Honor laticum. Ros palmitis. Bacchus in auro ponitur.
Flos Liberi, Lyæi. Bacchi bellaria. Lyæus, Lenæus latex.
Bacchi pretiosa senectus.
Profluit ebriusjamnis Mutatis in vina vadis.
Methimnæusus de palmite succus.
Gratus furor blandúmque venenum.
Indagans, resupinans vinum per Bacchica fana, tabernas.

Vita.

Candida,

V

Candida, aurea, nivea, fila sororum Vitalis aura. Benigna sororum Licia.

Vita longa.

Stulte, quid Euboici speras tibi pulveris annos;
Quid Pylios speras, vitrea bulla, dies?

Vitis.

Generosa Lyæi germina.

Ulmus.

Conjux, maritus vitisi

Voluptas.

Cypriique madens à rore voluptas. Dulce malum. Siren. Chimæra.
Hilaris pœna. Gaudium crudele. Risus. Sardonius.
Mors blanda. Panthera. Esca malorum. Dulces furiæ.

Vulgus.

Unda fremit vulgi.

Z

Zephyrus, *vide* **Venti.**

PAter ô gratissime veris, qui glebas fœcundo rore maritas.
Blandus Cupidinum satelles, & Cypridis viator.
Ille novo madidantes nectare pennas Concutit.
Quáque volat, vernus sequitur color.
Hic evocat antro, Qui vela impregnet, Zephyrum.

VERBA.

VERBA POETICA.

A

PAtriis procul absentaverat astris.
Acclinant intonsa cacumina terræ.
Acerbat hyems.
Exiguum stimulando vulnus acerbat.
Sic æstuat ales.
Sidereis hirsuta jubis loricáque cursu æstuat.
Noster amor Latiis æstivat in oris.
Virtutem per titulos memoresque fastus æternat.
Studiis alienat amicum.
Talibus alternant studiis.
Prece numen amicat.
Ampliat ætatis spacium sibi vir bonus.
Præceps ubi Titan mersus anhelat.
Doctus levi animare flatu fistulam.
Tumidos animum angustaret in artus.
Animare papyros.
Famámque antiquat Averni.
In genua appronat se.
Vultum asseverat.
Alnóque assibilat alnus.
Asperat undas, iras.
Lunatum robur in ornos Asperat armenti præceps.

C

Qui nectar pluit, & delibutos gaudio Ambrosia cibat.
Clarabit *pugilem.*
Oculósque videndo conscelero.
Conristat *Aquarius annum.*
Strictumque coruscat *mucronem.*
Crispatur *gemino vestis Gortinia cinctu.*
Mixtum coro crispaverat *aurum.*
Stagna cruentat *Hippomedon.*
Non prono curavi *flumina lapsu.*

D

Deartuabat.
Decorticat.
Defæderat *urbes.*
Claro sese deformat *amictu.*
Jam potestates priscus discriminat *ordo justitiæ.*
Pugnæ spacium discriminat *aer.*
Dispennat *alas.*
Dirat *trophæis.*
Junctim confligunt & grato errore duellant.
Durat *adhuc sævitque timor.*

E

Usque adeò *sævo te Mavors* efferat *æstro,*
Titulumque effœminat *anni.*
Non elaborabunt *saporem.*
Sacer ingenuos qui vates entheat *ardor.*
Exuperátque *æstus.*
Occulta extenebrat *redditque latentia luci.*
Lætitia externat *mentem, dolor æquè.*

F

Fermentat.
Ferruginat *æther nebulas.*
Fœcundat *humum.*
Nisu firmatur *honoris.*

F

Arca flagellat *opes.*
Coma colla flagellat.
Inceſtus flagrabat *amor.*
Scythicum pectus flammabat *egeſtas.*
Magnóque irarum fluctuat *æſtu.*
Laſſa recedentis fluitant *veſtigia venti.*
Annoſas fulminat *ornos.*
Fortunat.
Frigore fœdat *bruma.*
Funeſtare *Deos libet.*
Quæ ſolet matres furiare *equorum.*
Horrendos fulgurat *ignes.*
Pocula fuſcant *Sanguine puniceo.*

G

GLaciat *nives puro numine Jupiter.*
Pavidóque gelantur *pectore.*
Quæ tanta cavernas vis glomeret.
Glomerantur *in unum Innumeræ peſtes Erebi.*

H

ZEphyris *melioribus* halant *Perpetui flores.*
Artis ſeveræ ſiquis hamat *affectus.*
Hiulcat *ager.*
Terribili monitu horrificant.
Largis humectant *imbribus ora.*
Hybernátque *meum mare.*
Hyemat.

I

IMprægnat *ventus vela.*
Lydiam quâ dives inaurat *undâ.*
Mundum inceſtare *quadrigis.*
Inceſtat *funere claſſem.*
Inchoat *illa vias.*
Pontem indignatus *Araxes.*
Infamat.

Vicinos

I

Vicinos callida flores ingeminat.
Hostiles inimicat *classica turmas.*
Inquinat *hic omnes.*
Cœlo mentem insertare.
Instaurare *dapes.*
Largos hæc nectaris irrigat *imbres.*
Quo Phaeton irrorat *equos.*
Sinum nodis irrugat *Iberis.*

L

LEntandus *remus in unda.*
Diducto lentavit *cornua nervo.*
Lubricat *orbem.*
Arquatam lunat *curvamine caudam.*
Horrificis lymphare *incursibus urbes.*
Lunavítque *genu sinuosum fortiter arcum.*

M

GLebæ *fœcundo rore* maritat.
Ferrugineus quem morficat *ensis.*
Murmurat *alti Implicata quies pelagi.*

N

NAufragat.
Neporari.
Nigrantia *circum armenta.*
Nobilitat *quosdam fortuna, dum vexat.*
Nodavítque *adamante comas.*
Jupiter & Veneri mentis penetralia nudat.

O

OBlimat *copia mentes.*
Obliquátque *oculos sinuátque volumine terga.*
Obliquat *vela.*
Nec turbida sacris Obstrepitat *lamenta choris.*
Hic territus umbris obviat.
Gorgonis obtentu pallæ fulgentis obumbrat.
Dives opacat *ramus humum.*
Opimat.

P

IGnara reverti palpitat.
Pennificat formido gradus.
Numeri damnum Proserpina pensat.
Multoque latus perfulgurat auro.
Perpetuat.
Quid nomine sacro Incestum phalerare juvat?
Præflorabat gratiam.
Prægravat.
Dum matutinis præsudat fotibus aër.
Anni properavit habenas.
Ille propinquabat sylvis.
Purpurat genas.

R

AQuas radiare metallo.
Cæruleúsque sinus roseis radiatur alumnis
Aulam resupinat amici.
Clypeîque retardat obice.
Rorabant quercetafavis.
Tripedas plenior aura rotat.
Cristásque videt rutilare comantes.

S

NOn Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis. Tempeſtas pretioſa Tagi.
Et matrem celerâſſe toris.
Plausuque ſecundat.
Glaucaque ſumiferæterga ſerenat aquæ.
Majeſtatémque ſerenat.
Oceanum ſinuare vadis.
Crinis ſinuatur in orbes.
Nos urbe, domo ſocias.
Ingentem ſolidavit arenas.
Multóque ſoporant Imbre rogum.
Soſpitat alma fides.
Spumat & illiſa montem circumtonat undâ.
Centauri in foribus ſtabulant.

Torváque

S

Torváque collectis ſtipatur *curia monſtris.*
Sublimat *copia mentes.*
Illyricos longo ſulcavit *pectore campos.*
Erecto currum temone ſupinam.

T

OCulis temerare *profanis.*
Suſpenſo celerem temerâſſe *volatu Perſea.*
Exeſum pumex teſtudinat *antrum.*
Nunc ſpiritis Zephyrus tranat.
Caniciem largo de pulvere turpat.

V

ET *Lacheſis* vacuantem *ſæcula penſo.*
Superûm d labra vaporant.
Macudis variave *it ortum.*
Ætatis quicquid vegetatur *munere.*

FINIS.

Printed and sold by Andrew Kembe, *near the* Talbot *at Saint* Margarets-hill, *Southwark.*

GOD's holy mind which himself uttered in Ten Words, or Ten Commandements, by Mr. *Edward Elton*, late Minister at *Magdalen Bermondsey*, near *London*.

Gospel Covenant, or the Covenant of Grace, opened by *Peter Buckly* Preacher at *Concord* in New *England*.

Sabbath Revived.

Family Religion, the old way in serving God in private houses, lamentably laid aside in these backsliding times.

The Evangelical Communicant, declaring who are to receive the Lord's Supper, by Mr. *Philip Goodwin*, now Preacher of the Gospel at *Watford* in *Hartfordshire*.

Bounds of Christian Freedom, or the right of the Law vindicated.

Guard Tree of Life, by that Reverend and learned Mr. *Samuel Bolton*, late Master of Christs Colledge, *Cambridge*.

Zeiglographia, or the New Art of short Writing; never before so easie, exact, short, and speedy, then ever any heretofore published, by *Thomas Shelton*.

Militarie Discipline, or the young Artillery man, shewing the postures of Musket & Pike, by *William Barriss*, Col.